



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies decimus et undecimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1868

De SS. Nigasio, Quirino Scubiculo Seu Scuviculo Et Pientia MM. Vadiniaci In
Pago Vilcassino Commentarius Historico-Criticus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71246)

A. ANONYMUS. *tur, id sane, uti in Comment. præv. num. 17 jam docui, modo præmissa S. Zenaidis Acta ad S. Zenaidem, S. Philonillæ sororem, non autem ad alteram homonymam, spectare, argumento est.*

d *Sanctæ, ut in finem hujusmodi faceret, quod hic dicitur, suggestisse viros religiosos et Sanctos, verosimile non est.*

e *Ita Græcas hæc voces ἐν περιεργαίαις τῶος, pro quarum penultima legi debet περιεργία, interpretatus sum, quod, quamvis περιεργία proprie idem, quod Latine curiositas aut sedulitas superflua, significet, his tamen vocabulis res ab Actorum auctore hic intenta haud sat apte exprimi videatur.*

f *Binas ad Deum orationes, hic et num. præcedenti occurrentes, ab Actorum auctore mere pro arbitrio S. Zenaidi, et quidem sat inepte, esse affectas, apparet indubitatim.*

g *Onocentaurus, quod genus animalis si unquam exstiterit, ex homine et asino, qui Græce ὄνος dicitur, fuerit commixtum, Crateti Pergameno, ex Pythagora, describitur ut verum animal; ast, etsi etiam ex ipsamet sacra Scriptura, id genus animalium dari, probare conetur Hieronymus, idem tamen, quod de Centauris et Hippocentauris, de Onocentauris etiam, videlicet tam hosce quam illos e poetarum dumtaxat fabulis natos, sentiendum, Hofmannus in Lexici sui universalis Continuatione, ad vocabulum Onocentaurus pronuntiat; neque vero immerito, ut mihi apparet; quare Actorum scriptorem hic per Onocentavros, quos memorat, sylvestria et monstrosa animalia, qualium eremus ferax est, dumtaxat intelligere, in animum induco.*

h *Levitici cap. 14, §. 4. leprosus, qui mundatus est, Deo jubetur offerre δύο ὀρνίθια ζῶντα καθαρά, id est, duas Gallinas viventes candidas; hinc autem factum fortassis fuerit, ut Christiani olim vel pro beneficio impetrando vel pro gratiis de jam impetrato agendis Gallinam potius candidam seu albam, quam quæ esset alterius coloris, Deo seu Sanctis subinde voluerint offerre.*

i *Malim hic Græce αἰ, Latine quibus.*

DE SS. NIGASIO, QUIRINO

SCUBICULO SEU SCUVICULO ET PIENTIA MM.

VADINIACI IN PAGO VILCASSINO

C. B.

COMMENTARIUS HISTORICO-CRITICUS

§ I. Ubinam et quando S. Nigasius sit passus, et quam fidem Acta, quæ id sub Domitiano factum statuunt, mereantur.

VEROSIMILIUS
ANNO CIRCA
CELXXVI.
S. Nigasius in
pagi Vilcassini

Vellocasses seu Vellocassi, Velocasses aut etiam (varie enim a variis Gallicæ hujus gentis nomen, a quo regionis, quam hæc inhabitabat, pars paulatim temporis lapsu pagus Vilcassinus seu Vulcassinus simpliciterve Vilcassinum aut Vulcassinum, ac tandem etiam Vexinum fuit vocata, exaratur) Bellocasses seu Bellocassi, præter Rotomagum seu, ut ab aliis scribitur, Rothomagum urbem suam primariam ac quidquid huic circa utramque Sequanæ ripam adjacens territorium Rothomagense seu Rotmense, Gallice le Roumois, nuncupatur, terrarum etiam tractum, qui, Isaram inter et Indellam fluvios interceptus, Sequana ad Meridiem agroque Bellovacensi et Braiensi ad Boream clauditur, incoluere. Populum illum seu potius jam memoratum terrarum ejus tractum, qui, cum sec. x pars ejus una Normannis, parte altera penes Francorum reges remanente, fuisset concessa, in Normannicum et Francicum Vilcassinum seu Vexinum fuit divisus, S. Nicasius seu potius (ita enim et in omnibus prorsus sec. XII antiquioribus, si unum forte Corbeicense, in quo, non secus atque apud multos scriptores recentiores Nicasius scribitur, Hieronymia-

num apud Florentinum apographum exceperis, monumentis litterariis vocatur, et simul a S. Nicasio Remensi nominatenus etiam distinguitur) Nigasius, sanguine suo ibidem, dum Evangelium incolis annuntiat, pro Christi fide effuso, nobilitavit. Ita constans fert traditio, in S. Nigassii Actis infra memorandis etiam consignata, cumque non modo cum Martyrologio Romano hodierno recentiores magno numero, quibus Nigasius hodie inscriptus exstat, Fasti sacri, sed et, qui hisce ac scriptoribus omnibus, de Nigasio ejusque martyrii palæstra locutis, est antiquior, Usuardus juxta ac eruditi unanimi consensu omnes traditioni etiam adstipulentur, enimvero in dubium, quin ibidem ac proin in Rotomagensi, quæ utrumque Vilcassinum seu Vexinum continet, diocesi Nigasius (neque enim vel Galesinius, qui Ecbatanæ in Media, vel Tamaius, qui ex Pseudo-Luitprando prope Villam-Cassinam in Hispania illam hodie signat, audiri hic meretur) martyrio fuerit affectus, revocandum haud videtur.

2 Verum quo id (propius enim determinare Sancti ejusque Sociorum palæstram lubet) Vilcassini seu Vexini loco est factum? In pago isto Vernonem inter et Rupem-Guidonis, Gallice

A *lice Roche-Guyon, media circiter a posteriori hoc loco leuca ad fluvium Ittam seu Eptam, qui, duo supra memorata Vlcassina seu Vexina invicem sejungens, Francicum ab oriente, Normannicum ab occidente sibi habet adjectum, occurrit vicus, qui Gallice quidem Gani seu Gasni aut etiam Gagni, Latine vero Vaniacum seu Guaniacum aut etiam Ganiacum seu Gagneyum nuncupatur, Vecinoque partim Francico, partim Normannico inaequis insulam etiam, a fluvio isto formatam, aut, si haec (uti in Normannia Christ. pag. 62 Farinus, in Annal. Ecclesiast. Francorum ad annum 841, num. 24 Cointius et in archiepisc. Rotomag. Hist. pag. 35 Pome-rayus, Valesio interim in Galliarum Notitia aliisque aliquot scriptoribus ac ipsomet, quod infra laudabitur, Rotomagensi editionis anni 1736 Brevariario refragantibus, non obscure docent) cum continenti modo, qua Itta Orientem spectat, sit conjuncta nec ullam amplius insulae speciem praeferat, locum certe, quo insula illa olim stetit, complectitur.*

Vadiniacensi
vico,

B *In vico illo et quidem in ejus, quae ad Vecinum Francicum spectat, regione seu parte Nigasium, utpote in itinere, cum Parisiis Rotomagum pergens Ittam seu Eptam nondum, ut aiunt, transisset, occisus, martyrium subiisse passim creditur. Certe in dicto vico, qui, quod Eptæ Vadum, hominibus, ut volunt, antea incognitum, quo in jam memoratam insulam Nigasium post necem sibi illatam, sublato, quod ei fuerat abscissum, capite, prodigiose sese contulisse itaque dicto Vado Vadi Nigasii nomen fecisse traditur, complectatur, Vadiniacum etiam et quidem communis, nomenclatione, ut putant nonnulli, inde deducta, ab antiquioribus nuncupatur, Nigasium fuisse interfectum, Dadreus in Histor. archiepiscoporum Rotomag. Chronologia, Davanneus in S. Nigasii, de qua hic plura post, Vita, Farinus in Normannia Christ. nec non Arturus a Monasterio in Neustria pia discrete affirmant. Nec his, cum vicus iste olim et aliter, quam modo, vocari, et locum etiam nominis alterius non unum sibi inclusum habere potuerit, Ordericus*

C *Vitalis Ecclesiast. Histor. lib. 5 ad annum 1080 et Passionis seu Actorum S. Nigasii, de quibus infra, auctor anonymus, qui Sanctum in quodam foro, Scannis appellato, pro fide occubuisse insinuat, adversari sunt censendi. Quare, cum nec quid aliud, quo minus Vadiniaci martyrium subiisse Nigasium credatur, impediatur, in dubium pariter, quin id ibidem accideret, revocandum haud videtur. Loco itaque, quo hic Sanctus noster passus sit, jam sat prope determinato, modo in tempus, quo id factum, studiose, prout per monumentorum, vel utcumque, ut certi quid statuatur, sal antiquiorum, defectum fas erit, inquiramus.*

non quidem,
ut Butlerus
astimasse vi-
detur,

4 *Butlerus, qui plurium Sanctorum Vitas, anglice a sese, serateo, ad quos hi spectant, dierum ac mensium ordine, conscriptas, typis Londinensibus ab annis circiter viginti vulgavit, hodie hoc in Opere, quod haud ita pridem in linguam Gallicam etiam conversum iterato produit, de SS. Nigasio ejusque Sociis acturus, verbis Anglicis, Latine hic a me e Gallica horum versione redditus, sequentem praefatur in modum: Graeci aliquot S. Polycarpi discipuli, alique nonnulli praecones sa-*

eri, fide Lugduni plantata, numerosam ibidem ecclesiam fundarunt. Ex hac viri Apostolici, qui in diversas Galliarum partes Evangelii Lucem intulerunt, sunt egressi. SS. Alexander et Epipodius in territorio Lugdunensi, SS. Benignus presbyter et Thyrsus diaconus Augustoduni, Andochius presbyter Lingonibus etc., martyrio fuere affecti. Ita ille; cum autem in eadem Lugdunensi schola seu ecclesia, jam inde a sec. 2, ut passim est notum, fundata, e qua mox a se memoratos martyres Alexandrum, Epipodium, Thyrsumque et Andochium produisse, insinuat, institutum verosimillime etiam fuisse Nigasium, mox subjungat, ita hunc eodem circiter tempore, quo illi, ac proin, uti ex Operis nostri tom. 6 Septembris, pag. 663 et seqq. fas est colligere, sub sec. 2 finem sequentisve initium martyrio finisse vitam, indicare videtur. Verum, praeterquam quod Thyrsus certe et Andochius, uti quae de hisce apud nos ad xxiv Septembris diem disputata sunt, luculenter ostendunt, e schola seu ecclesia Lugdunensi haud prodierint, sed quod eodem recidit, instituti in illa haud fuerint, scriptorem, qui id vero, non dicam, similitimum, sed vel simile, de Nigasio ante Bullerum pronuntiarit, nullum invenio, nec qua id hic ratione impulsus fecerit, sat perspicio.

5 *Græcum quidem esse Nicasii nomen victoremque significare affirmat; ast Nicasiusne, an Nigasius, quod postremum nomen Græcum certe non est, vocandus proprie sit is Sanctus noster, non immerito, uti e jam supra dictis liquet, revocari potest in dubium. Adhæc etsi quidem Nicetii et Nicetæ nomina indubie Græca sint ac tam unum quam alterum significare victorem, eruditi etymologi passim affirmant, nullum tamen hosce inter, qui idem de Nicasii nomine statuat, invenire quivi, etsi interim Nicasii potius quam vel Nicetæ vel Nicetii nomen a verbo Græco Νικῶ, vinco, videri possit deductum. Nec etsi secus foret reque etiam ipsa Nicasii nomen non modo et Græcum esset et victorem significaret, sed et solum etiam Martyri, de quo nos hic, proprie conveniret, consecrarium hinc foret, ut in schola seu ecclesia Lugdunensi fuerit is institutus. Quid enim? Græca esse Thyrsi et Andochii nomina, nemo certe inficiabitur, et tamen bini hi apostolici viri ac martyres, qui Galliae fidei lumine illustrandæ operam navarunt, in schola ista seu ecclesia instituti, ut mox docui, haud fuere. Neque vero id quis etiam de Dionysio, Parisiensium apostolo, hujusque socio Eleutherio asseveret, etsi interim Græca esse horum nomina, quisque, qui vel a limine linguam Græcam salutavit, habeat perspectum. Itaque, cum certe, quæ Butlerus affert, fuisse in praefata schola seu ecclesia institutum Nigasium, suadere nata haud sint, non est etiam, cur ob hæc is Sanctus noster martyrium sub sec. 2 finem sequentisve initium seu tunc, cum nondum admodum diu schola eadem seu ecclesia fuisset fundata, subiisse credatur. Nec, ut id fiat, permittere videntur, quæ jam nunc adducam in medium; ex iis enim Nigasium nec tunc, nec Domitiano imperante seu sub sec. primi finem, sed anno circiter 286 fuisse martyrio affectum, vero apparet similis. Id illa expendenti palam fiet. Sequentia hæc sunt.*

6 *Urbi Rotomagensi non prius, quam cum ad hanc episcopali munere gubernandam, quod*

AUCTOR
C. B.

E

suo sec. 2 finem sequentisve initium, ad verosimilius anno circiter

F

AUCTORE
C. B.
286 martyri-
um est passus,
nec id sub Do-
mitiano statu-
entia Acta,

quod verosimilius, ut Galliae Christ. auctae Scriptores tom. XI col. 6 docent, sub sec. tertii finem aut sequentis initium est factum, missus esset Mallonus, Evangelii lumen affulsisse, communis est opinio; quare, si Nigasius, a quo Velocasses aut certe, ut creditur, non pauci ex his ad Christum sunt conversi, sub Domitiano seu sub sec. primi finem subiisset martyrium, consecrarium esset, ut fides Christiana ducentis circiter annis prius a Velocassibus, quam ab urbe horum primaria Rotomago fuisse suscepta; cum id autem parum verosimile crediturque appareat difficile, recta ratio videtur exigere, ut Mallonus Rotomagum haud admodum diu post Nigasio martyrium venisse, hicque adeo sanguinem suum pro Christo, nec sub sec. 2 finem sequentisve initium, nec, Domitiano imperante seu primo aerae Christianae seculo jam pene absoluto, sed tum demum, cum ad finem jam vergeret tertium, effudisse credatur. Adhaec sub eodem praefecto Fescennino, aut, si mavis Fescennino Sisinnio, sub quo Dionysius, Parisiensium apostolus, passus est, nec diu post hunc martyrio occubuisse Nigasio, tam anonymus qui tamen hunc, ut mox videbimus, sub Domitiano passum tradit, Passionis Nigasio penes nos exstantis moxque infra pluribus memorandae auctor, quam Pomerayus aliique scriptores recentiores unanimi fere consensu affirmant; cum autem Dionysius, ut et ipse a pluribus sub Domitiano signatus, verosimilius tamen, uti in Comment. Sancti huius Actis praevio § IX ostendi, anno circiter CCLXXXVI coronatus fuerit martyrio, consecrarium est, ut verosimilius et Nigasio optata haec sors eodem circiter anno obtigerit. Sub Domitiano quidem, ut visuros nos, jam monui, Nigasio martyrium statuit Passio ejus mox laudata; verum haec fidem integram haud meretur, uti ex iis, quae tam de tempore, quo scripta videtur, quam de rebus, quas memorat, adducturus jam nunc sum, patescet.

utpote quae,
quamvis in
archiepiscoporum
Rotomagensium Actis
sec. XI scriptis

7 A tempore, quo scripta apparet, duco initium. Apud Mabillonium Analectorum Veterum tom. 2, pag. 424 et triginta seqq. exstant archiepiscoporum Rotomagensium Acta, cumque in hisce quaedam in Mallono S. Nigasio passio laudetur, oportet, ut haec, priusquam illa ab auctore suo scriberentur, fuerit contexta, hicque lucubrationem illam fuisse etiam diu ante (neque enim alioquin ea motus Nigasio in Gallias cum Dionysio iter martyriumque, ibidem cum Quirino et Scubiculo toleratum, firmum et ratum pronuntiaturus, ut verbis infra § 8. recitandis facit, fuisse videtur) concinnatam, verosimillime existimabit; quare, cum nec sit, cur hac in re a vero aberrasse putetur, ac dicta archiepiscoporum Rotomagensium Acta, uti in Adnotatione hisce subjecta Mabillonius mox laudatus docet, Gregorio VII Romanam Petri Cathedram occupante ac proin sec. XI senescente, fuerint conscripta, consecrarium est, ut, quae in hisce, ut dictum, laudatur, S. Nigasio Passio fuerit etiam diu ante ejusdem Gregorii pontificatum seu annum, quo hic inchoatus, 1073 contexta. Verum quae est isthaec S. Nigasio Passio? Duas dumtaxat, Actorum etiam nomine distingui solitas, S. Nigasio Passiones memorari invenio. Harum altera, cujus etiam compendium, e Ms. Ultrajectino S. Salvatoris codice acceptum, aliudque a P. Dardes ad nos missum habemus, in duobus Mss. exemplaribus,

quorum alterum, in novem Lectiones pro ecclesiastico de SS. Nigasio, Quirino et Scubiculo Officio divinum, ex ecclesiae parochialis S. Nigasio Rotomagi Ms. codice, alterum e S. Martini Treveris Ms. itidem codice acceptum notatur, penes nos exstat; altera vero, cujus nullum habemus exemplar, a Farino in Normannia Christ. a pag. 16 usque ad pag. 67 saepissime, Latinis etiam, quibus constat, verbis in margine transcriptis, citatur.

8 Haec porro fere tota partim e S. Nigasio mox dicta, quae penes nos exstat, Passione, partim ex anonymi, quam Marteneus Thesauri novi Anecdotorum tom. 3, col. 1677 et quinque seqq. exhibet, scriptoris Lucubratione, uti hujus exstantisque penes nos Passionis verba cum Farini verbis, e S. Nigasio, ut ait, Actis seu Passione transcriptis, conferendo comperi, est conflata; cum autem scriptor ille, SS. Nigasio, Quirino et Scubiculi reliquias anno 1032 Rotomagum fuisse adductas, disertissime tradat, dictamque, in qua id facit, lucubrationem sese etiam non prius, quam cum idem annus 1032 jam dudum praeterisset, exarasse non obscure prodat, ea verosimillime circa annum 1112, quem Marteneus margini adscribit, fuerit contexta. Quare oportet, ut, quae Farino praelucit, partimque, ut dictum, e lucubratione ista est conflata, S. Nigasio Passio seriis adhuc, quam anno 1112 fuerit conscripta; jam vero cum haec certe, uti hinc consequitur, in archiepiscoporum Rotomagensium Actis, sub Gregorii VII, ut dictum, Pontificatu ac proin ante annum, quo hic jam desiderat, 1086 conscriptis, laudari haud potuerit, consecrarium est, ut in hisce verosimillime altera, quae penes nos exstat, S. Nigasio Passio laudetur, utque proinde haec, quemadmodum e jam allegatis nemo non concludet, diu etiam ante ejusdem Gregorii VII Pontificatum seu annum, quo hic inchoatus, 1073 fuerit contexta. At vero quamdiu quidem ante hunc id factum? In Passione illa Dionysius Areopagita cum Dionysio Parisiensium apostolo confunditur; cum autem opinio, qua id fit, sec. VIII medio, uti in Commentario, fabulosis Dionysii Areopagitae Actis praevio, § VII docuimus, antiquior non sit; enimvero Passio ista haud ante annum 750 ac proin annis non pluribus, quam trecentis circiter ante annum 1073 fuerit conscripta, imo vero multo etiam paucioribus ante hunc annis scriptam esse, jam nunc dicenda suadet.

9 Nigasio penes nos exstans passio seu Acta, in quorum descriptione epocham hic inquiremus, verosimillime ab ipso statim, quo scripta fuere, initio Rotomagensium plurium manibus teri inceperint, viisque dubitari potest, quin, si ante Usuardi aetatem exarata fuissent, ad hujus martyrologi, qui Parisiis in Pralensi Ordinis S. Benedicti cenobio, a Rotomagensi Ordinis ejusdem, quae a S. Audeno nomen habet, abbatia haud admodum procul dissito, monachum agebat, totusque iis, quae ad Sanctos spectabant, examinandis erat intentus, notitiam ac manus fuissent perventura; id autem factum non esse, vel ex eo, quod S. Scubiculum, utut in Actis illis pluries memoratum, in Martyrologium suum nusquam intulerit, in animum induco. Scio quidem, Nigasio, de quibus hic, Acta Usuardo sublestae fidei videri haud im-

verosimiliter
tamen seculi
utrimum
septem a Ni-
gasio martyrio
sunt scripta,

merito

A merito potuisse, huncque adeo illis, ut Sciviculum Martyrologio suo inscriberet, moveri haud debuisse; verum e litterario hujusmodi monumento, si id præ oculis habuisset, occasionem saltem in Sciviculum apud Rotomagenses Ordinis sui monachos inquirendi arripuerit cumque e notitia, abs hisce verosimiliter eo in casu suggerenda, pagi Vilcassini Martyribus, ut Riculfus, Rotomagensis episcopus, qui, ut post docebo, eodem, quo Usuardus, tempore floruit, in charta infra memoranda facit, in Martyrologio suo, si non eodem, quo Nigasium, alio certe die annumeratus fuisse videtur; cum autem id non fecerit, dicta Nigassii Acta verosimiliter ei haud præluxerint, cumque adeo, uti e jam dictis consecrarium apparet, ante Usuardi, qui circa annum 877 vivere desit, ætatem haud fuerint conscripta, sane id nec ante sec. x, nec tamen ob supra dicta serius quam vel tunc vel sequentis initio factum esse, a veritatis specie nequiquam abhorret. Jam vero, cum sic habeat, extansque adeo apud nos S. Nigassii Passio fuerit verosimiliter, uti e modo allegatis primum est colligere, secutis ut minimum septem a S. Nigassii martyrio contexta, cur, quæso, quam huic illa assignat, epocha certo sit credenda?

10 Id certe ego haud perspicio, cum enim auctor, a quo Passio illa scripta est, haudquam monumenta antiquiora (id enim alioquin indicaturus alicubi fuisset) sibi præluentia habuerit, secutisque ut minimum septem a Nigassii seu ætate seu martyrio, ut dictum, abfuerit, nequiquam sane sua de hoc Sancto nostro narrata temporaque, quibus hæc innectit, habere potuit comperta; cum autem sic habeat, minime in hisce fidem integram meretur; idque eo minus, quod, quamvis antiquis ac fide undequaque dignis testimoniis fuerit certo, uti e jam dictis consequitur, destitutus, talia tamen etiam, quæ, nisi testimoniis hujusmodi firmentur, nemo prudens facile crediderit, commemoret. Ut quam verum id sit, patescat, simulque unico veluti intuitu præcipua, quæ de SS. Nigasio, Quirino et Sciviculo narrantur, studiosus lector aspiciat, lubet hujus oculis passionem illam, in compendium, prout penes nos existat, a me contractam, hic subijcere. Verba, quibus id præsto, sequentia hæc sunt: Nigasius, Romæ a B. Clemente Papa episcopus ordinatus, Quirinus presbyter et Sciviculus diaconus in Gallias, quo in hasce Evangelii lucem inferant, cum S. Dionysio veniunt, fidem Christianam ibidem variis locis, sermones eorum signis Domino confirmante, uberrimo cum fructu annuntiant.

11 Parisios veniunt ibique egregia aliquamdiu opera adducendis ad Christum ethnicis navata, inde una, Dionysio apud Parisienses relicto, Rotomagum, quam urbem, Sequanæ impositam, opulentissimam esse simulque superstitionibus ac idolorum cultu sæde conspiratam, audierant, sese conferre decernunt, Isaram eo perrecturi transeunt, in pagum Vilcassinum ingrediuntur, dumque ibidem in vico, qui Latine Vallis, Gallice Vaux modo nuncupatur, divini verbi semina spargunt, Nigasius, loci incolis, sese Christiana sacra, sicut draconem seu serpente immanissimo, qui prope fontem, hominibus per quam commodum, morabatur,

regionemque fetore pestifero, stragibus et terrore complebat, Dei sui virtute liberaret, amplexuros, pollicitis, stolam suam, addito mandato, ut exitialis bellua, hac constricta, ad se adducatur, Quirino presbytero tradit. Episcopo suo hic illico obtemperans serpentem intrepidus adit, squamisque erectis ac ore hianti in se irruere conantem, formato Crucis signo compeccit, stola collo ejus injecta, vi trahit, frustra que reluctantem Nigasio sistit, qui dum, formato pariter Crucis signo, ita illum, ut nec species cadaveris ejus supersit, in omnium conspectu dirumpit, ad Christi fidem, miraculo plebe attonita, animæ circiter trecentæ decem et octo sese convertunt.

12 His porro, quæ Christianum nosse oportet, edoctis sacroque lavacro in dicto fonte ablutis, Nigasius, Quirinus et Sciviculus iter, quod Rotomagum versus arripuerant, prosecuturi ad locum seu vicum, paulo infra Meduntam ad Sequanam situm, quem Latine Monticas, Gallice Moncaux aut Montiers modo nominant, proficiscuntur, eoque appulsi ac mox dæmonem, qui ibidem in rupe præcelsa seu potius in quodam hujus specus sedem facerat, incolisque ac maxime navigantibus erat infestus, aggressi, nefandum inde generis humani hostem, ea ipsa rupe ab imo specus, quod hujus aditum Sancti occuparent, ad summum usque culmen scissa foramineque in putei formam facto, secedere ac locum supplicii sui repetere, conjuratione in sanctissimæ ac individuae Trinitatis nomine adhibita, compellunt, dumque, hujus aliorumque, quæ patrant, miraculorum fama late sparsa, non paucos ad Christum adducunt, persecutione in Christianos a Domitiano imperatore excitata, in foro quodam seu loco, Scamnii appellatione tum distincto, a præfecto Fescennino Sisinnio, qui paulo ante Dionysium ejusque socios Parisiis necarat, comprehenduntur, jussu ejus haud diu post occiduntur avibusque ac feris post necem objecti sese ipsimet, cum jam lictores recessissent, tempore nocturno erigunt apprehensisque, quæ sibi fuerant abscissa, capitibus, ad fluvium, nomine Ittam, angelis comitantibus, properant, in adversam insulæ, abs hoc formatae, ripam Vado eatenus ignoto concedunt, ibidemque quiescentes a Pientia matrona, quæ ad fidem ab eis fuerat conversa, honorifice, viro quodam, nomine Claro, ex ipsorummet Sanctorum societate presbytero, operam conferente, sepeliuntur, ecclesiæque, in prædio, quod ad memoriam illorum recolendam ab eadem matrona fuerat concessum, exstructa, ac tutum condecorantur.

13 Tale est, quod hic proponere visum est, Passionis Nigassianæ, penes nos existantis, compendium. Nonnulla quidem trium, quorum priori serpens seu draco necatus, secundo dæmone rupe expulsus ac tertio denique Sanctorum in Ittæ insulam, capitibus, quæ sibi fuerant abscissa, sublatis, Vado eatenus ignoto transitus in Passione illa narratur, prodigiorum adjuncta silentio, ut compendii ratio ferebat, præterit; verum quid refert? Ea absque antiquo fideque digno, quo carent, testimonio, nec additis nec omissis, quibus vestiuntur, adjunctis, fidem facile apud quemquam, artis criticæ vel utcumque peritum, inventura sunt. Dominus quidem apud Marcum cap. 16, § 17 et seq. ait: Signa autem

AUCTOR
C. B.

compendio li-
quet.

E

F

absque testimo-
nio antiquiori
credenda, au-
ctorisque, etsi
interim ab eo,

eos,

AUCTORE
C. B.

eos, qui crediderint, hæc sequentur : in nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent et, si mortiferum quid biberint, non eis nocebit; super ægros manus imponent et bene habebunt; verum hinc consequens non est, ut omnes et singulos, qui in Christum credere, aut saltem, qui horum pars sunt, viros apostolicos secuta esse illa omnia signa, sit absque testium scriptorumve fide dignorum testimonio credendum. Imo vel uno ex iisdem signis Nigasio aut alium quemlibet determinatum virum apostolicum honoratum fuisse, quis prudens, quæso, absque testimonio hujusmodi, habita etiam Christi, quæ jam recitavi, verborum ratione, in animum inducat? At vero, inquiet modo fortassis non nemo, ane ergo anonymus Passionis S. Nigasio, penes nos exstantis, scriptor, qui tria supra memorata miracula refert, testimonioque, quale ad hæc credenda requiritur, destitutus e dictis fuit, ea omnia vel ipsemet confinxerit vel jam ab aliis conficta in litteras miserit?

B 14 *Etsi nihil omnino litteris de Nigasio ejusque ac Sociorum Quirini et Scubiculi gestis ac proin et de tribus illis miraculis extaret mandatum, hæc tamen vere contigisse, pagi Villacassini, de quibus in jam dato Passionis Nigasio compendio, fons, insula, Vadum, Nigasio nomine modo adhuc distincta, rupes item, diaboli hodieque dicta, ac tandem, quod in hac, ut anonymus passionis ejusdem scriptor loquitur, huc usque ad testimonium virtutis Dei monstratur, foramen, in putei formam effectum, argumento sufficienti adhuc futura a Dardreo in Archiepiscoporum Rotomagensium Chronologia pag. 43 putantur; verum quid ni factum esse queat, ut fons ille idcirco dumtaxat, quod plurimos in eo Nigasio baptizasset, insulaque et Vadum, huic adjectum idcirco pariter dumtaxat, quod inde haud procul in ea ipsa insula esset sepultus, Nigasio nomine fuerint distincta ac porro hodieque distinguantur? Quid ni etiam factum esse queat, ut dicta rupes non alia de causa, quam quod locus esset admodum horridus, diaboli rupes nuncupata unaque cum foramine, quod*

C *in ea hodieque cernitur, non creatura ulla quidquam eo conferente, sed a solo rerum omnium conditore Domino fuerit creata? Id ego certe haud perspicio, ac proin, quo anonymus noster Passionis Nigasio scriptor tria præfata prodigia nec finxisse, nec jam ab aliis conficta memorasse credatur, nequaquam ad id, quod Dardreo visum est, recurrendum existimans, rationem aliam, qua, ut ista litteris mandaret, moveri potuerit, assigno.*

perspicuam
minime com-
mendantia
complectan-
tur,

15 *Per serpentem seu draconem, haud procul a fonte omnino disruptum ac necatum, idololatria, baptizatis in hoc ethnicis quam plurimis, excisa; per dæmonem, e rupe expulsam, pertinacia in idolorum cultu, e duris ac cæcis idololatrarum mentibus evulsa, ac demum per caput, martyris manu gestatum, martyrium abs hoc, capite amputato, toleratum, non inepte in sensu allegorico symbolicove significari potest. Quid si igitur scriptor noster anonymus antiquam quampiam, in qua admodum, quo Constantinus Magnus imperator, ut idololatriam prostravisse significetur, draconem, medio ventre transfurcum, pedibus conculeans depingitur, Nigasio ad tria mox*

dicta significanda serpentem, haud procul a fonte disruptum, dæmonemque e media rupe scissa sese proripientem, pedibus premens ac caput sibi abscissum manibus tenens representabatur, picturam symbolicam alicubi conspexerit atque ex hac, perperam intellecta, Nigasio, quem in vici nomine Vallis, fonte quamplurimos, ad fidem conversos, baptizasse, nec paucos etiam in vico alio, quem incolæ, nomenclatione forsitan a rupe, montis instar celsa, quæ ibidem hodieque conspicitur, deducta, Monticas vocabant, ab idololatria ad Christum adducisse, e traditione noscebat, tria supra memorata miracula, adjunctis etiam subinde pro arbitrio ornatus causa assumptis aucta, adscripserit? Certe si, ut potest, ita reipsa, ut prodigia ista litteris mandarit, sit factum, ea ipse nec finxisse, nec jam conficta ab aliis in litteras misisse erit dicendus. Verum, etsi sic habeat, consecrarium saltem inde fuerit, ingenio eum existitisse tamen parum perspicaci, ut ea etiam, quæ, ut dictum, absque scriptorum antiquorum fideque dignorum testimonio credenda non sunt, sola fallaci pictura impulsus adoptarit ac veluti apprine vera in S. Nigasio Passionem, a se contextam, intulerit; hinc autem ejus fidem, quæ vel ex eo, quod, ut docui, septingentis ut minimum annis a Nigasio ætate remotus vixerit, in rerum, abs hoc gestarum, narratione multum vacillat, non parum adhuc infirmari est necesse.

16 *Jam vero, cum sic habeat ac proin S. Nigasio Acta, quæ ab auctore illo conscripta, haudquaquam sane fidem integram mereantur, iis certe, ut Nigasio, quemadmodum e dictis tradunt, sub Domitiano subisse martyrium credamus, moveri non debemus, idemque de aliis, quæ memoriae produnt nec aliunde confirmari queunt, ferendum est judicium. Quæcumque interim Acta illa sint, hic nihilominus vel cum de rebus, quas illorum auctor habere potuit perspectas, sermo instituetur, vel cum alia quæpiam, ob quam alleganda merito sint, ratio occurreret, in Commentarii hujus decursu usui subinde sunt futura. Sic, cum eorum auctor sec. x aut certe, ut supra docui, haud diu admodum post floruerit resque adeo, seculo illo gestas, sat probe exploratas habuisse sit censendus, non parum sane, ut, tum Nigasio, non pro Rotomagensi, sed pro regionario dumtaxat episcopo habitum fuisse, probetur, subserviunt, hincque, quæ hunc in finem conducentia suppeditant, lectoris oculis, cum de re illa tractabo, subjiciam. Sic, etsi quidem quod eorum auctor a Nigasio ætate, ut probatum, nimis remotus vixerit, in martyrio hunc habuisse sibi socium adjunctum Scubiculum, certum facere haud queant, rationibus tamen, ob quas id ab ipsismet etiam eruditissimis creditur, quæcumque pondus adjungunt, eruntque vel idcirco, cum de re illa sermo erit, alleganda. Verum etsi sic habeat, omnique adeo utilitate acta illa destituta haud sint, ea tamen, quod equidem nec ab ætate, qua scripta sunt, commendari mereantur, nec ullo modo in iis, quæ a Nigasio ejusque Sociis gesta narrant, fidem integram sibi adjungant, Commentario huic, utpote typis etiam, ut mihi equidem apparet, plane indigna, haud subjungam, omnia et singula, notatu digna, quæ continent, in jam supra adductum compendium contracta, lectori exhibuisse contentus.*

§ II.

A

§ II. An S. Nigasius tam S. Scubiculum, quam S. Quirinum, socium in martyrio sibi habuerit adjunctum; quo loco fuerit sepultus, et an a S. Pientia id factum?

Nigasius, qui passim tam cum S. Scubiculo,

Scriptores quatuor, § proxime prægresso laudati, Dadræus videlicet, Davanneus, Farinus et Arturus a Monasterio, qui, ut ibidem docui, Vadiniaci necatum pro fide fuisse Nigasium, luculenter tradunt, eidem tam S. Scubiculum seu Scuviculum, aut, ut ab aliis etiam scribitur, Subiculum seu Subilium, quam S. Quirinum in martyrio socium adiungunt, idemque etiam Ordericus Vitalis loco supra cit., et Actorum S. Nigasilii Scriptor anonymus faciunt. Verum an recte, dubitari potest: etsi enim et Martyrologium Romanum hodiernum et recentiores alii magno numero Fasti Sacri hodie cum Nigasio tam S. Scubiculum, quam S. Quirinum pariter commemorant, Usuardus tamen, Quirini quidem, at non itidem Scubiculi mentionem instituit. Scubiculus quidem una cum Nigasio, Quirino et Pientia in Riculfi, Rotomagensium inter annum 872 et annum 875, uti apud Gallie Christianæ auctæ Scriptorum tom. XI, col. 23 et seq. videre licet, episcopi, charta, infra adhuc laudanda, commemoratur; verum ex iis, quæ in hac dicuntur, fuisse aliquando istorum quatuor Sanctorum nostrorum corpora Vadiniaci simul asservata, dumtaxat potest concludi; uti autem Scubiculi corpus eodem, quo Nigasilii corpus, loco sepeliri, ita etiam asservari potuisse, etsi interim illo non eodem, quo hic, die, sed aliquamdiu tantummodo post martyrio fuisset affectus, vero non videt?

quam cum S. Quirino passus creditur,

18 At vero, etsi res ita habeat, Scubiculus tamen una cum Nigasio in quocumque etiam Adoniana Mosandri editione una eademque hodierna die signatur, martyriumque una cum Nigasio et Quirino pertulisse in archiepiscoporum Rotomagensium Actis, pro sese etiam ab horum auctore S. Nigasilii Passione, quæ ab hujus Passione mox laudata penesque nos estante verosimillime e supra dictis diversa haud fuerit, citata, diserte asseritur; cum hæc autem, ut jam docui, verosimillime sec. X, dictaque Acta sec. XI senescente fuerint conscripta, sane, S. Nigasilium tam cum S. Scuviculo, quam cum S. Quirino subisse martyrium, fuisse jam inde a pluribus seculis creditum, argumento sunt perquam valido, nec probari potest, fuisse umquam ante dictum sec. X creditum contrarium; quare, etsi quidem, an cum S. Nigasio passus sit S. Scubiculus, dubitare cogat supra relatam Usuardi silentium, eum tamen e Martyrum, de qua hic agimus, classe indubitanter eradendum, illosque adeo, qui S. Nigasio tam S. Scubiculum, quam S. Quirinum in martyrio socium fuisse adjunctum arbitrantur, certo a veritate devios asseverare Octobris Tomus V.

non ausim. Opinionem itaque, qua Scubiculus æque ac Quirinus existisse S. Nigasilii in martyrio socius hodie etiam passim creditur, nec pro certo vera, nec pro certo falsa habens, modo ad locum, quo tres illi Sancti a martyrio sepulti putantur, sermonem converto.

anctore
C B.

19 Anonymus Passionis Nigasilianæ auctor, Davanneus, Arturus a Monasterio, Farinus et Pomerayus, relato Nigasilii, Quirini et Scubiculi martyrio, affirmant, eos sepultura fuisse donatos in supra memorata Itæ insula, quæ, quamvis Vadi invocabulum non insulam, sed locum fluvii minus altum transirique, nec natatu nec ponte nec navigio adhibito, commode Valentem significet, Vani tamen etiam seu Vadum Nigasilii, eandem contra nonnullis Vadiniacum quoque, aut, quo a vico, ita pariter e dictis olim appellato, in quo sita est, distinguitur, Vadiniacum ad insulam, Gallicæ Gany l'isle, nuncupantibus, diutissime fuit vocata, uti ex Orderico Vitale loco supra cit. intelligitur. Et vero Sanctos nostros in insula ista fuisse ipsa inhumatos, uti etiam ibidem haud procul a paræciali, quæ ad dexteram seu Occidentalem Itæ ripam sita Deoque sub S. Martini invocatione dedicata est, ecclesia corporum eorum in ecclesia altera, S. Nigasilii et nomine prioratueque, qui et ipse S. Nigasilii et Vadiniaci ad insulam appellatione distinguitur ac a Rotomagensi S. Audoini abbatia olim dependit, insignita, longissimo tempore quiescere, communis est opinio, in monumentis litterariis non paucis consignata ac ex eo etiam firmata, quod sacra illa pignora, tribus amplius a Sanctorum martyrio seculis elapsis, eodem adhuc loco, uti infra sumus visuri, fuerint servata nec eo ante id tempus sciuntur aliunde fuisse alla.

Vadiniaci
in Itæ insula

20 At vero, inquires, in reformato typisque anno 1736 vulgato ecclesie Rotomagensis Breviario, in quo ecclesiasticum sub triplici primæ classis ritu de SS. Nigasio, Quirino, Scuviculo et Mellono Officium, Dominica secunda Octobris recitandum, proponitur, sequentia isthæc ibidem lectione quarta de SS. Nigasio, Quirino et Scuviculo leguntur verba: In loco, quem Vadiniacum olim vocabant, super littus amnis Itæ passus et sepulti sunt. In insula, quam ambit idem amnis, extat sacellum sub titulo sancti Nicasilii, ubi, regnante Carolo Calvo, sacra Martyrum ossa reposita sunt; cum ita uatem, Sanctos nostros eodem, quo passus erant, loco ac proin invici Vadiniacensis parte, ad Orientalem seu sinistram amnis Itæ ripam sita, sepultos fuisse, nec prius, quam cum jam regnaret Carolus Calvus, in insula, abs amne illo formata, sacra eorum ossa fuisse deposita, insinuetur, oportet sane, ut, qui dictum Breviarium reformarunt, haud admodum firmam ac fundatam existimarint opinionem, qua Sancti nostri in præfata insula et mox a martyrio sepulti et diutissime quiescere communiter creduntur. Fateor, sic habet, verum cum nusquam quidquam, quo, quod hac in re existimarunt, confirmari queat, inveniam, e severiori solum, qua in antiquiori ecclesie Rotomagensi Breviario corrigendo usi sunt, crisi ortum reor, ut opinionem illam presse secuti haud sint. Quid velim, dilucidius expono.

contra ac
antiquioris
Rotomagensis
Breviarii re-
formatores,
severiori

21 In antiquo, quod mihi ad manum est, annoque

AUCTORE
C. B.
in hic corri-
gendo crisi ad-
lubita, consu-
ere,

annoque 1627 notatur eacsum, ecclesie Rotomagensis Breviario ad xi Octobris diem ecclesiasticum sub ritu duplici de SS. Nigasio, Quirino et Scubiculo prescribitur Officium, cujus lectio quinta sequentibus hisce concipitur sub finem verbis: Cujus (Nigasio nempe) ac Sociorum corpora satellites inhumata feris aribusque objecerunt; que ab angelis custodia noctuque divinitus erecta, capitibus apprehensis, cum ad Ittam fluvium pervenissent, per ignotum vadum in adversam insule ripam concesserunt, ibique a Pientia matrona honorifice sepulta sunt; ubi nunc exstat ecclesia, que sancti Nicasio titulonominatur. Miraculum itaque, quo, ut Sancti, arreptis, que sibi preces fuerant, capitibus, in prestatam insulam setransferrent ibique sepelirentur, factum esse hic adstruitur, antiquioris Rotomagensis Breviarii reformatoibus, ni vehementer fallar, displicuerit, hocque idcirco corrigendum rati miraculum illud non modo non retulerint, sed et Sanctos, quos id spectat, non fuisse in insula ista mox a martyrio terræ mandatos, notarint. Ac merito quidem miraculum, utpote eodem, quo duo similia miracula, alterum de S. Piatto, alterum de S. Dionysio Parisiensi, haberi debere, tom. 1 et 4 Octobris jam pronuntiavimus, loco habendum commentisque adeo accensendum, non memorarunt; verum, etsi vere Sancti e loco, quo fuerant necati, prodigio in Ittæ insulam haud transierint, hinc tamen, sepulturam pariter in hac illos haud fuisse adeptos, inferri non potest.

suis sepultus;

22 Quid ni enim factum esse queat, ut, cum ad sinistram Ittæ ripam in vici Vadiniacensis regione seu parte, que ad Vexinum Francicum spectat, fuissent occisi, corpora eorum inde ad dictam insulam a Christianis fuerint delata ibidemque terræ mandata? Itaque, etsi quidem miraculo locum fuisse, haud appareat, non tamen idcirco supra adducta, que, Sanctos ibidem fuisse reipsa sepultos, suadent vim suam amittunt, iique adeo, qui Breviarium Rotomagense antiquum reformarunt, perperam id quantum ad locum, quo Sanctos tumulo conditos statuit, correxere. Verum, opinione, qua in prestatam insulam Sancti tumulati creduntur, jam satis stabilita, ad aliud modo, quod ad eorum sepulturam etiam spectat, progredior. Passio seu exstantia penes nos S. Nigasio Acta, in quorum scriptionis epocham ac fidem supra inquisivimus, sola SS. Nigasio, Quirini et Scubiculi nomina in titulo preferunt, ut, cum nec de martyrio, a S. Pientia tolerato, sermonem uspiam instituant, haud proprie ad hanc Sanctam nostram, sed tantum ad SS. Nigasio, Quirinum et Scubiculum spectent; verum, etsi sic habeat, hosce tamen ab illa, que, ut addunt, ad Christi fidem fuerat paulo ante ab iisdem conversa, fuisse in dicta insula sepultos, memorie produnt, idque ipsum, uti etiam Pientiam post fuisse martyrio affectam, eodemque loco, quo illi, sepultam, scriptores plures unanimi fere consensu sic tradunt, ut, nonnullis postremum istud in Sanctos officium soli Pientie attribuentibus, Christianos huic in illo plures adjuutores seu comites Davanneus in S. Nigasio ejusque Sociorum Vita cap. 43 et Pomerayus in Aëp. Rotomag. Hist. adjungant

23 Et sane, si modo re ipsa Sanctos sepelivit Pientia, plures ei tum adjuutores seu comi-

tes fuisse adjunctos, vero apparet simillimum; ast anne isthæ Sancta nostra, quam alii Virginem, alii Matronam, Nosuardo interim neutrum ei titulum attribuentem, appellant, certo id fecit? Priusquam meam hac de re opinionem exponam, nonnulla de Claro quodam, qui Pientie, Sanctos sepelienti, ad fuisse, post que eum hac martyrium subiisse, a Pomerayo loco proxime cit. et Farino in Normannia Christ pag. 60 diserte traditur, modo hic premitto, ut sic viam sternam iis, que post, cum de duobus a Saussayo ad iv Novembris diem memoratis Claris, quorum prior, ut Tillemontio etiam tom. iv Monument. Eccl. articulo 18 visum apparet, a Claro mox dicto haud videtur distinctus, in Opere nostro tractabitur, erunt dicenda. Clarus hic, cujus reliquiarum pars Pontisaram ad collegiatam S. Melloni ecclesiam, parte altera Mellenti aliisque locis dispersa, fuisse delata, a Pomerayo in Aëp. Rotomag. pag. 34 traditur, existisse idolorum sacrificulus, cumque fidem Christianam, Nigasio hanc in pago Vilcassino ammittente, suscepisset, sanguinem deinde pro hac una cum S. Pientia effudisse, a Davanneo, Farino et Pomerayo supra laudatis asseritur; verum in jam supra laudato Actorum S. Nigasio, quod penes nos exstat quodque ex Ultrajectino S. Salvatoris codice Ms. acceptum notatur, compendio sequentia isthæc sub finem, narrato SS. Nigasio, Quirini et Scubiculi martyrio, leguntur verba: Quædam autem matrona, nomine Pientia, cum Claro presbytero ex ipsorum Sanctorum (Nigasio videlicet, Quirini et Scubiculi) collegio corpora Sanctorum in eodem loco (Ittæ insula supra memorata) sepelivit; in quorum honorem edificata est ecclesia ibidem, in qua florent eorum beneficia.

24 Isti porro Actorum S. Nigasio compendio ipsamet hæc Acta, in duobus, que num. 7 memoravi, exemplaribus Mss. penes nos exstantia ad amussim, etsi interim fundum, in quo, que jam datis dicti compendii verbis memoratur, ecclesia fuerit exstructa, fuisse a S. Pientia donatum, adjungant, omnino hic consonant. Quod si itaque standum illis sit, Clarus, qui S. Pientie, S. Nigasio sepelienti, adstitisse narratur, veri Dei existiterit sacerdos, cumque, ut ex idolorum sacrificulo post suam ad fidem conversionem factus dicitur veri Dei sacerdos, pati non videatur, que de eo Davanneus et Pomerayus scribunt, bini hi scriptores, ut apparet, cum S. Nigasio Actis pugnant. Verum hisne, an illis hic assentiendum? Pomerayus pro iis, que de Claro scribit, documentum Ms. laudat, etsi autem nec quod, nec quale, nec quantæ antiquitatis id existiterit, edicat, minoris tamen pretii, quam S. Nigasio Acta, parvi dumtaxat, ut § proxime prægresso ostendi, faciendæ, existisse, asseverare non ausim; quod cum ita sit, anne hæc, que, ut jam docui, Clarum existisse veri Dei sacerdotem, produnt, potio rem mereantur fidem, quam Davanneus et Pomerayus, qui Clarum faciunt idolorum sacrificulum, nec, ut hic post suam ad fidem conversionem factus credatur veri Dei sacerdos, permittere videntur, dubitare cogor, ac proin an fuerit, necne Clarus aliquando veri Dei sacerdos, in medio relinquo.

25 Indubitanter quidem asseverari posset existisse veri Dei sacerdos, si, ut Demjaldus, Lubino etiam in Martyrologio Romano illustrato

ast ei a S. Pientia, viro quodam, nomine Claro, qui veri Dei existisse asserdos

in Nigasio Actis, Pomerayo abisque non consentientibus, asseritur;

F

ac a Claro, Nannetenti episcopo,

A strato ei ad stipulante, in infra memoranda Clari, ut putatur, alterius Vita pag. 19 et 20 vult, unus idemque esset cum S. Claro, Nannetensium primo episcopo; verum de hoc ad diem præcedentem, quo colitur, jam egimus, nec in iis, quæ de Sancto isto antistite ibidem docuimus, quidquam occurrit, e quo quis eum suspicari merito queat eundem cum Claro, qui S. Pientie, Nigassium sepelienti, opitulatus narratur. Ad hæc S. Clarus, Nannetensis episcopus, non martyr, sed confessor, uti in Historico, quem de illo ad jam dictum diem texuimus, Commentario videre licet, excessit e vicis; Clarus autem, qui cum S. Pientia S. Nigassium sepelisse fertur, martyrio vitam finivit, ut Davanneus et Pomerayus, S. Nigassii Actis, utpote quæ, quo mortis genere is obierit, non edicant, minime hic refragantibus, aperte docent. At vero, cum Clarus, S. Pientie, ut fertur, in SS. Nigasio, Quirino et Scubiculo sepeliendis adiutor, martyrio, ut

B mox dixi, vitam terminavit ac forsan etiam, uti et supra adductis nemo non colliget, veri Dei exstiterit sacerdos, erit modo forsan, qui hinc eum putet eundem cum S. Claro, qui ad iv Novembris diem ab Usuardo et Romano hodierno annuntiatur his verbis: In pago Vilcassino, sancti Clari presbyteri et martyris.

itemque a Clario, contra ac Castellano visum est.

26 Certe ita existimasse videntur Castellanus et Parisiensis, quod anno 1727 prodiit, Martyrologii seu auctoris seu auctores. Ea sedet sententia, quod, dum ad iv Novembris diem in pago Vilcassino S. Clarum presbyterum et martyrem pariter annuntiant, floruisse eum seculo tertio, apposita in margine nota insinuant, nec Clarum ullum, a Clario, S. Pientie, ut narratur, in SS. Nigasio, Quirino et Scubiculo sepeliendis adiutore, diversum, qui sec. tertio aut etius sanguinem pro Christo in pago Vilcassino effuderit, litteris usquam consignatum inveniam. Castellano porro Parisiensisque Martyrologii seu auctori sen auctoribus jam præverat in Gallicano suo, quod anno 1637 vulgavit, Martyrologio Saussayus; dum enim in hoc ad iv Novembris diem S. Clarum presbyterum et martyrem in tractu, ut loquitur,

C Vulcassino signat, in elogio subjecto primis ecclesie temporibus eum innectit. Nec refert, quod Clarum, quem memorat, Roma arcessat; etsi enim sic Davanneo et Pomerayo, qui Clarum S. Pientie domesticis accensent itaque, ut apparet, pagi Vilcassini faciunt indigenam, adversari videatur, minime tamen S. Nigassii Actis, utpote quæ Clarum (Compendii eorum verba num. 23 huc transcripta videsis) e SS. Nigassii, Quirini et Scubiculi, quos Roma in Gallias missos aiunt, collegio exstitisse presbyterum, affirmant, refragatur.

ad iv Novembris diem per Usuardum celebrato et a Clario,

27 Verum an Clarus, qui S. Pientiam in sepeliendo Nigasio Juvisse fertur, et etiam ipsa cum Clario, ad iv Novembris diem Fastis sacris supra memoratis inscripto, unus idemque est, laudatisque adeo hagiologis, qui, ut dixi, ita existimasse videntur, hic assentiendum? Quo die Clarus, qui S. Pientie, Nigassium sepelienti, adlaboravit, vel colatur vel passus sit Martyrium, nec Pomerayus nec scriptores alii edicunt; quare, cum is prorsus in obscuro sit, sane e iv Novembris die, quo ab Usuardo aliisque hagiologis Clarus presbyter et martyr

memoratur, cum hoc esse vel non esse certo eundem Clarum, S. Pientie, ut fertur, in curando Nigassii funere adiutorem, inferri non potest. Nec id inferri etiam potest ex eo, quod, ut Pomerayus docet, posterioris hujus Clari corporis pars, parte altera Mellenti relicta aliisque aliquot locis dispersa, Pontesium ad collegiatam S. Melloni ecclesiam fuerit delata; quo enim loco Clari, qui ad iv Novembris diem ab Usuardo aliisque Martyrologis celebratur, reliquæ asserrentur, nusquam abs hisce declaratur. Verum in pago Vilcassino celebris est Clarus presbyter et martyr, qui ibidem, pro castitate, ut fertur, servanda occisus, in nominis sui oppido, ad Ittam seu Eptam prope Gisortium sito, colitur; hunc autem, qui, si quæ Pomerayus, Bailletio interim in Sanctorum Vitis ad iv Novembris diem haud prorsus assentiente, monet, veritati consonent, certissime a Clario, S. Pientie, ut fertur, in curando S. Nigassii funere adiutore, est diversus, esse illum ipsum, qui ad iv Novembris diem ab Usuardo et Mrl. Romano hodierno memoratur, Denyaldus in ejus, quam anno 1633

E edidit, vita contendit, eique etiam, uti ex Opere nostro in Prætermissis ad xviii Julii diem nemo non colliget, Sollerius noster ad stipulatur; neque vero immerito.

AUCTORE C. B.

28 Clarus enim, ad Eptam cultus, non videtur diversus a Clario eremita Anglo, apud Capgraviium in nova Sanctorum Angliæ Legenda pag. 59 memorato, hicque in elogio, quo ibidem ornatur, quarto Novembris die, capite abscisso, occubuisse asseritur. Nec, ut apparet, multum refert, quod S. Clarus, qui in nominis sui ad Eptam oppido colitur, a Molano, Wiono et aliis xviii Julii die recolatur; id enim, uti ex Denyaldo in dicta Sancti illius Vita pag. 22 et seq. datur intelligi, dumtaxat fit, quod tunc ejus, quam antiqua Acta ecclesieque Clarianæ traditio ad xvii ejusdem mensis Julii diem referunt, translatio locis aliquot celebretur, licet interim iv Novembris dies natali ejus sit consecrata. At vero, inquiet modo non nemo, S. Clarus, eremita Anglus, in suo apud Capgraviium elogio sub Edmundo Anglorum rege natus traditur, cumque e tribus hujus nominis regibus, qui Anglis, ut Alfordus in ecclesie Anglicanæ Annalibus ad annum 855 num. 21 docet, dominati sunt, senior anno 855, uti apud eundem Alfordum videre licet, regnare inceperit, consecrarium est, ut Clarus eremita, a Capgraviio laudatus, certe ante annum 855 natus non sit, utque proinde anno 875 non plures quam viginti ætatis suæ annos numerarit; quod si autem sic habeat, quis credat, eum ac proinde dictis Clarum, qui in nominis sui ad Eptam oppido colitur, jam inde ab anno illo sacerdotem exstitisse ac ut talem ab Usuardo, qui, quemadmodum Mabillonius in Prolegomenis ad sec. 3 Benedictinum, part. 2 pag. lxxxvii solide probat, circa annum 875 Martyrologium suum composuit, vitamque, uti apud Historiæ lit. Franciæ Scriptores tom. 5 pag. 437 est videre, ultra annum 877 non protraxit, ad iv Novembris diem annuntiarî?

ad Eptam culto, verosimillime, uti hic

29 Id sane, fateor, creditu est admodum difficile, certeque, ut consideranti patescet, a vero est alienum, si, ut Denyaldus in ejus Vita, supra adhuc laudata, pag. 21 scribit,

in medium ad ducta

anno

AUCTORI
C. B.

anno 884 aut, ut Lubinus ait, anno 894 fuit occisus. Quo ergo Capgravius Clarus ac proin e dictis is, qui ad Eptam seu Eptam in pago Vilcassino colitur, ab Usuardo ad iv Novembris diem annuntiari putetur, oportet, ut et ante annum 884 martyrium passus et citius etiam, quam sub Edmundo, Angliæ rege, qui, ut dictum, anno 855 regnare incepit, contra Capgravius statuatur natus. Wilsonus, qui in Anglicano suo anni 1640 Martyrologio ad iv Novembris diem dilucidenon alium Clarum, quam qui in nominis sui ad Eptam oppido colitur, ac a Capgravius in nova Sanctorum Angliæ Legenda elogio ornatur, commemorat, martyrio eum, etsi etiam hanc citet in margine, circa annum 666 fuisse coronatum, affirmat. Wilsono porro Dempsterus etiam suffragatur; hic enim, qui, quamquam Clarum, eremitam, in Menologio Scotico a sese ad xviii Februarii et Julii signatum, non Anglum, sed Scotum facere videatur, pariter tamen non alium Clarum, quam qui in nominis sui ad Eptam oppido colitur, recenset, in civis eum, quem Guillelmum seu Guillelmum primum appellatum, postque, cum oculorum usum multis restituisset, Clari nomen inde sortitum fuisse, ait, anno dc aut circiter exstitisse, in Ecclesiastica gentis Scotorum Hist. cap. 251 tradit. Quod si itaque duobus hisce postremis scriptoribus standum hic sit, Capgravius Clarus, qui ad Eptam colitur, diu ante annum 884, imo etiam ante annum 855 tam martyrii palmam, quam natales fuerit adeptus.

suadent, haud
diverso dis-
tingui videtur.

30 Verum Arturus a monasterio, qui Clarum eremitam seu anachoretam, a Capgravius Claro, ut apparet, non diversum, in Neustria Pia pag. 68 etiam commemorat, sacerdotio eum, non expresso, quo natus esset, tempore, circa annum 870 initiatum fuisse, adjungit; etsi autem, vel ex eo, quod hinc Clarum tribus dumtaxat quatuorve ad summum annis prius, quam Usuardi Martyrologium esset compositum, e civis esse potuisse sublatum, consequeretur fieretque adeo vel idcirco, in hoc illum annuntiari, creditu etiam admodum difficile, Arturo ea in re indubitanter assentiri non possim, anne tamen re vera Clarus ille anno 600 aut circiter vixerit vitamque martyrio circa annum 666 terminarit, dubitare etiam cogor, quod Wilsonus et Dempsterus, qui hæc asserunt, nullum pro assertionem sua firmanda monumentum antiquum allegent. Et vero ne potuisse quidem id illos facere, opinor. Nullum enim, ni fallor, existat monumentum hujusmodi. Certe ego nullum usquam, diligentissima licet facta indagine, invenire quivi. Verum cum equidem, si Pomerayo, duos in pago Vilcassino martyres, nomine Claros, statuenti, assentiendum sit, Capgravius Clarus ac proin is, qui in nominis sui ad Eptam oppido colitur, seculis aliquot Claro, qui cum S. Pientia, ut fertur, S. Nigasio sepeliit, posterior exstiterit, consecrarium est, ut hic a Claro, ad Eptam culto, sit diversus ac proin et a Claro, qui iv Novembris die ab Usuardo memoratur; hunc enim cum Claro, ad Eptam annuntiatur, iv Novembris die martyrio vitam, ut supra docui, terminarit, unum esse atque eundem, vero, ut jam antea innui, puto simillimum.

31 Anne autem sic recte, an contra perpe-

ram, sentiam ulterius ad mox dictam Novembris diem discutendum relinquens eo modo, unde disgressus sum, revertor et an S. Pientia, ut scriptores supra laudati volunt, S. Nigasio sepelierit, inquiri. Dubitare iterum hac de re me facit Usuardus, hodie S. Pientiam una cum SS. Nigasio et Quirino in genuino suo apud Sollerium Martyrologio sic annuntians: In pago Vilcassino, passio sanctorum Nigasio presbyteri et sociorum ejus Quirini et Pientia; ita enim S. Pientiam martyrium una cum SS. Nigasio et Quirino subiisse, non obscure, ut apparet, indicat. Opponi quidem potest, Pientiam conjunctim cum SS. Nigasio et Quirino ab Usuardo hodie in pago Vilcassino, non quod ibi una cum hisce sit passa, sed quod una eademque hodierna die colatur, annuntiari; rerum Pientia et Quirinus ab Usuardo appellantur S. Nigasio socii, cumque certe martyres ob cultum, quo alicubi una gaudeant, appellari a Martyrologis socii haud soleant, consecrarium est, ut Pientia et Quirinus ab Usuardo S. Nigasio socii vel ob martyrium, quod una cum hoc subierint, vel certe ob evangelicam, quam

sibi adjuncto,
exhibito fu-
isse supremum
istud officium,
credere Ugu-
ardas,

32 Quod si autem vere S. Pientia una cum S. Nigasio ac proin et cum S. Quirino martyrium sit passa, qui, quæso, factum esse possit, ut terræ horum corpora mandarit? Id sane ego haud perspicio. Attamen cum id a S. Pientia factum, communis, ut apparet, ferat traditio, idemque etiam et scriptores fere omnes et monumenta fere omnia, dum de S. Nigasio sepultura sermonem instituunt, testentur, quid si S. Pientia, non quidem quod post suam ad fidem conversionem una cum Nigasio Evangelicam prædicationem obierit, sed quod illi in hac, quacumque potuit opem pro viribus attulerit, S. Nigasio Sociis ab Usuardo accenseatur? Ita certe cum traditione, scriptoribus et monumentis, S. Nigasio sepulturam Pientia attribuentibus, in concordiam utcumque martyrologus ille poterit adduci, cumque scriptores cum scriptoribus aliis, traditione et monumentis collidendi non sint, sed, si fieri possit, componendi, exigere videri hic potest rationis æquitas, ut Usuardus, quid, nisi modo jam exposito intelligatur, S. Pientia attribuere S. Nigasio sepulturam velat, re etiam ipsa modo illo intelligatur. Quare, etsi quidem S. Nigasio fuisse a S. Pientia sepultum, undequaque sane, ut e jam dictis nemo non colliget, certum haud sit, non tamen idcirco, Nigasio sepulturam præbuisse Pientiam nec prius, quam cum id fecisset, martyrio fuisse affectam, asserentibus fides omnis indubitanter deneganda. Porro ut sane adhuc ob supra jam adducta de isto S. Pientia facto, etiamsi a pluribus assertio, ita etiam, ut apparet, de Rotomagensi S. Nigasio episcopatu, imo et de characterem ejus episcopali, etiamsi et hic et ille a pluribus pariter asseratur, potest ambigi. Patescet id ex iis, quæ § seq. sumus dicturi

nisi modo hic
exposito intel-
ligatur, vetat.

§ III. An S. Nigasius exstiterit Rotomagensis episcopus, et an vel episcopali caractere fuerit insignitus.

Etsi contra Rotomagensis Nigasi episcopatum, quod Rotomagi numquam fuerit, haud valde arguatur,

Valide quidem ex eo, quod numquam Rotomagensis episcopatum argui non potest; venerit enim, necne ad urbem illam, parum refert, dummodo ad Velocasses, quorum, ut supra dictum, urbs primaria Rotomagus, Christo submittebatur ordinatus fuerit episcopus. Christianam fidem genti isti annuntiarit suoque apud hanc sanguine effuso obsignarit. Ita fere, et sane rectissime Galliae Christ. auct. Scriptores tom. xi, col. 4; verum an Nigasius ad Velocasses ac proin ad Rotomagenses Christo submittebatur vere ordinatus fuit episcopus? Romae eum a S. Clemente Papa episcopum ordinatum ac una cum Dionysio Areopagita in Gallias, ut Evangelium ibidem ac nominatim in urbe Rotomagensi annuntiaret, missum fuisse, publicas ecclesiae cathedralis Rotomagensis tabulas, Breviariae et Martyrologia antiqua, quae de Sancto illo loquuntur, testari, Pomerayus in Archiepiscoporum Rotomagensium Historia pag. 1 affirmat. Verum, quas laudat; ecclesiae Rotomagensis tabulae ad manum mihi non sunt, hasque proinde, quod ait, testari, nec negando, nec affirmando sum; anne tamen vere id faciant, dubitare me cogunt, quae pariter laudat, Breviaria et Martyrologia antiqua; etsi enim in duobus penes nos constantibus antiquioribus ecclesiae Rotomagensis Breviariis, quorum alterum anno 1581, alterum anno 1627 notatur excusum, Nigasius a B. Clemente Papa episcopus ordinatus dicitur, id tamen, ei in sedem etiam urbe Rotomagensi assignata, factum in solo posteriori traditur, nullumque, quod huic adstipuletur, Martyrologium antiquum invenire quivi.

cum tamen Romae Rotomagensis fuisse ordinatum episcopum, sec. vi, uti ex Gregorio Turonensi,

34 Et vero Nigasium Romae a Clemente Papa, assignata ei, quam fidei lumine praecipue illustraret, urbe Rotomagensi, non fuisse ordinatum episcopum, vel ex eo liquet, quod Clementis martyrio vitam sub sec. i finem terminarit, Dionysiusque, Parisiensium apostolus, cum quo Nigasius in Gallias missus asseritur, a Dionysio Areopagita, uti in Commentario fabulosis hujus Actis praevio ad ix mensis hujus diem ostendi, sit diversus, nec, ut ad eundem diem in Comment. Dionysii Parisiensis Actis praevio docui, in Gallias citius, quam anno circiter 250, advenerit. Adhaec, cum Nigasius, ut Passione ejus, sec. x, ut dictum, exaratae, scriptor anonymus, aliusque, qui, ut jam docui, sec. xi Archiepiscoporum Rotomagensium Acta, a Mabillonio vulgata, litteris mandavit, scriptor itidem anonymus perhibent, ecclesiaeque Rotomagensis traditio, a Dacanneo, Farino, Pomerayo aliisque recentioribus passim admissa, fert, fuerit in Gallias cum Dionysio, Parisiensium apostolo,

missus, non fuisse illum Romae, etsi etiam id, non a Clemente, sed ab alio quovis Pontifice Romano factum adstrueris, Rotomagensem ordinatum episcopum, e Gregorio Turonensi apparet. Hic enim antiquus Historiae Francorum parens, lib. 1, cap. 8 universos, quos in Gallias, ut Evangelium ibidem annuntiarent, cum Dionysio, Parisiensium apostolo, missos fuisse arbitratur, episcopos enumerans, minime hisce Nigasium, utpote de quo nec verbum facit, accenset. Scio quidem, frequenter haud multum roboris habere argumenta, ab auctorum silentio petita, verum tunc saltem vi omni haud carent, quando id, circa quod illa versantur, auctores, si fuisset, verosimiliter et scituri et scitum in litteras fuissent missuri; cum autem, si Nigasius Romae ordinatus fuisset Rotomagensis episcopus, Gregorius id verosimiliter et sciturus, et scitum in litteras, Nigasium scilicet episcopis, quos, singulorum etiam sedibus expressis, Roma in Gallias cum Dionysio, Parisiensium apostolo venisse scribit, annumerando, fuisset missurus nec tamen id fecerit, est sane, cur e Gregorio, Nigasium Romae ordinatum non fuisse Rotomagensem episcopum, aut saltem id factum, sec. vi, quo sanctus is historiographus floruit, creditum nondum fuisse, arguamus.

35 Neque vero id sec. vi tantum, sed et ^{ino et sec. x,} ^{uti ex Aëp.} ^{Rotomag.} x, ut apparet, creditum nondum fuit. Qui enim seculo, ut jam docui, xi Archiepiscoporum Rotomagensium Acta, mox iterum laudata, scripsit, de Romana Nigasi in episcopum Rotomagensem ordinatione, veluti de re haud admodum diu ante aetatem suam nota, loquitur hunc in modum: Jam non paucis reor manifestum esse, hunc (Nigasium videlicet) Romae a beato Papa Clemente Rothomagensium urbis antistitem ordinatum fuisse, nondum jugo pastoralis cujuspiam obnoxiae; ita autem illum de dicta Nigasi ordinatione, non prout haec a Clemente, sed prout, Nigasio etiam in sedem urbe Rotomagensi assignata, facta asseritur, sermonem instituere, apparet. Etenim verbis jam datis mox subdit: Nec est frivolum, sed firmum et ratum, prout sua (Nigasi nimirum) testatur Passio, cum beato sociatum Dionysio; permissione Clementis Papae hunc eundem (Nigasium nempe) ad oras Gallicas condescendisse; et, priusquam ad suam, quam Romae, sicut diximus, acceperat, sedem posset pervenire, martyrium... cum Quirino et Scuviculo pertulisse; sic autem, etsi quidem prioribus suis verbis duo invicem distincta, Nigasium videlicet Romae a B. Clemente Papa et ordinatum fuisse episcopum, et urbem Rotomagensem in sedem accepisse affirmarit, hoc tamen postremum in Nigasi, quam laudat, quamque sec. x scriptam, ex iis, quae supra docui, intelliges, Passione non tradi, luculenter insinuat.

36 Jam vero, cum e modo allegatis ita, ut ^{Actis} dicti, de Romana Nigasi in episcopum Rotomagensem ordinatione seculi x scriptor loquitur, id enim enimvero, seculo x creditam hanc nondum fuisse, argumento est: verum aliud modo adhuc, quo validius res probetur, lubet adjungere. S. Nigasi penes nos exstans Passio, quae a Passione, per eundem scriptorem, ut modo dicti, laudata, diversa e jam supra dictis haud exstiterit, non modo nihil omnino, quod Rotomagum

actores
C. B.

Rotomagum a B. Clemente Papa in sedem accepisse Nigasium prodat, verum contra, quæ etiam, ne id credatur, exigere videntur, commemorat. Anonymus enim, qui illum scripsit, auctor sub lucubrationis suæ initium, Dionysii Parisiensis, quem cum Dionysio Areopagita confundit, missione in Gallias, quam B. Clementi Papæ adscribit, narrata, fuisse abs hoc illi, quo ethnicos ad Christi fidem adducere facilius posset, plures ex ordine ecclesiastico socios adjunctos affirmat, hisque Quirinum, Scubiculum et Nigasium, Romæ episcopum (ut nimirum, nulla interim, quæ ei assignata fuerit, sedis mentione facta, ait) a B. Clemente Papa ordinatum, accensens, primum qua ratione apostolici illi Viri una cum Dionysio Parisiis aliquamdiu operam conuertendis ad Christum ethnicis felici cum successu navarint, exponit.

isque, quæ in
S. Nigasio
Passione

37 Universim porro deinde de iisdem ac nominatim de S. Dionysio sequentibus hisce, At vero sanctissimi comites præclari Dionysii, videntes a Deo tantam salutem in urbe ac territorio Parisiorum per servos suos operari, cœperunt et ipsi de talenti sibi crediti propria erogatione meditari et, ut populis diversarum urbium, tam e vicino, quam etiam longe positarum, Euangelium Christi ad medelam animarum infunderent, cunctis sensibus anhelare; comperta autem beatus Dionysius hac voluntate ac devotione, et intelligens a Deo, a quo bona cuncta procedunt, etiam pronam servorum suorum unanimitatem exire, gratias retulit Deo, qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, locutus verbis, mox sermone de exhortatione, quam hic Dionysium ad sanctos suos comites habuisse ait, ista etiam hic modo subjecta, Hæc et alia quamplurima (Dionysius) disserendo valedicens dimisit eos dans caritatis pacem omnibus et commendans eos Salvatori omnium Domino; illi vero dimissi dispersi sunt per universam Galliam, Germaniam, Aquitaniam cæterasque longe lateque provincias predicantes Euangelium regni superni et sanantes languores omnesque infirmitates, adjungit verba, ac tandem, oratione speciatim ad Nigasium, Quirinum et Scubiculum conversa, de hisce, quæ sequuntur, scribit. Sancti autem, quorum superius mentionem fecimus, id est, Nigasius episcopus, Quirinus presbyter, Scubiculus diaconus audientes, Rotomagensium metropolim longe inferius Parysio super ripam Sequanæ sitam, nihilominus populis ac negotiorum commerciis opulentissimam, portus confluentia jocundissimam, fructuum, piscium cunctarumque rerum abundantia ditissimam ac per hoc omnium dæmonum spurcitiis idolorumque superstitionibus sordidissimam, roborati exemplo sanctissimi Dionysii, ad eam quanto citius venire atque ab idolorum cultura ad fidem Christi notitiamque veritatis revocare, Deo opitulante, voto communi decreverunt. Transeuntes itaque fluvium, qui vocatur Isara, venerunt in pagum Vulcasinum.

occurrunt,
eruitur, cre-
ditum nondum
fuit, hincque et
ob alia

38 Talia sunt, quæ ad institutum nostrum hic facientia laudatus auctor suppeditat; sic autem, uti hæc attente consideranti patescet, Nigasium a beato Clemente Papa Rotomagum in sedem episcopalem accepisse seu Rotomagensium ordinatum episcopum Rotomagumve vel abs illo vel, ut Ordericus Vitalis ait, a S.

Dionysio Parisiensi, quo Christi fidem ibidem D annuntiaret, missum fuisse, non tradit; sed cum contra etiam ea, e quibus, non id, sed Nigasium dumtaxat Regionarium, ut loquimur, qui nulli sedi esset affixus, existitisse episcopum, non immerito, ut apparet, concludas, commemoret, consecrarium est, ut, spectatis iis, quæ scribit, Nigasius etiam nec a Dionysio, nec a quocumque alio ordinatus fuerit Rotomagensis episcopus. Jam vero cum idem auctor mox supra memorato, qui e dictis sec. xi senescente floruit, Archiepiscoporum Rotomagensium Aetorum scriptore, utpote abs hoc e supra allegatis laudatus, sit antiquior, verosimillimeque, ut supra docui, vel sec. x, vel certe haud serius quam sec. xi initio existit in vivis, nec monumentum litterarium ullum, postremo isthoc seculo antiquius, in quo Nigasius appelletur Rotomagensis episcopus, invenitur, ex omnibus jam dictis Nigasium sec. x adhuc pro episcopodumtaxat regionario habitum fuisse, nec prius, quam cum jam undecimum, quo, qui eum episcopum Rotomagensem, ut jam dictum, facit, Archiepiscoporum Rotomagensium Aetorum scriptor floruit, laberetur, episcopis Rotomagensibus annumerari cepisse, concludendum apparet.

39 Quapropter, cum Nigasius, uti inde consequitur, non statim ab origine, sed tum demum cum secula aliquot post martyrium ejus esset elapsa, creditus fuerit Rotomagensium episcopus, eaque, quæ non statim a tempore, quo gesta feruntur, sed diu dumtaxat post credita fuisse deprehenduntur, rejicienda commentisque accensenda, prudens ac sana crisis suadeat, Nigasium ex episcoporum Rotomagensium catalogo eradendum verosimile apparet. Certe ego sic opinor, idque eo propensius quod eum nec Riculfus, qui inter annum 872 et annum 875 (Gallia Christ. auctæ Scriptores tom. xi col. 23 et seq. videsis) Rotomagensem ecclesiam episcopi munere moderatus est, pro Rotomagensi episcopo habuisse videatur. In charta enim, quam in abbatiæ S. Audoëni Historia, anno 1662 vulgata, pag. 399 et seq. Pomerayus recenset, sic loquitur: Primo ordinationis meæ anno.... dignum duxi limina Sanctorum, scilicet Christi confessoris Audoëni, præfatæ urbis (Rotomagensis) quondam almi antistitis, et beatorum martyrum Nigasio, Quirini, Scuvinuli et sanctæ Pientæ, adire; cum hic autem, dum de S. Audoëno loquitur, Rotomagensem eum, qualis fuit, antistitem appellet, et tamen mox de Nigasio loquens, titulum illum huic, etiamsi ejus nomini has voces primi ejusdem urbis antistitis facillime et quam maxime opportune, ut consideranti patescet, adjungere potuisset, haud attribuat, id enim vero abs illo Nigasio pro Rotomagensium episcopo habitum non fuisse, argumento est.

hic addita episcopis Rotomagensibus non accensendum, verosimile apparet;

40 Jam vero, cum hæc sic habeant, in Rotomagensi, quod anno 1736 prodit, Breviario Nigasio recte, non Rotomagensis episcopus, sed Neustriæ dumtaxat seu Normanniæ, cui pagus Vilcassinus includitur, vocatur Apostolus. Adhæc nonnulli antiqui episcoporum Rotomag. Indices, qui horum initium a Mallono ducunt, id sane, contra ac Gall. Christ. auctæ Scriptores tom. mox cit. col. 5 arbitrantur, facere sunt censendi, non tantum quod Mallonus Rotomagi ecclesiam cathedralem

imo vero an vel episcopus existit;

A *dralem fundasse sedemve episcopalem primus ibidem locasse credatur, verum etiam quod primus omnium ordinatus fuerit urbis illius episcopus regue adeo etiam ipsa praesulem Rotomagensium antesignanus existit. Porro etsi quidem, quae jam saepius laudavi, S. Nigasi Acta, existit eum episcopum regionarium, non obscure, ut supra insinuavi, prodant, imo etiam a beato Clemente Papa ordinatum fuisse episcopum, dissertissime tradant, anne tamen vere vel episcopus existit Nigasius, ambigendum etiam reor; meritone autem, an immerito, e jam nunc dicendis poterit statui. Gallie Christianae auctae Scriptores, qui ne quidem, an Nigasius existit primus Rotomagensium episcopus, dubitari volunt, tom. mox iterum cit. col. 4 vel ex eo etiam, quod Dionysius Parisiensis alique Evangelii praecones, qui presbyterum diaconumque socios habuisse perhibentur, episcopi existit, Evangelicos praecones omnes, quibus vel presbyter una cum diacono vel etiam duo presbyteri associati fuisse leguntur, ad episcopos certo electos fuisse, concludendum, contendunt ac proin, cum Evangelicae predicationis ultimique agonis socios, presbyterum unum, cui nomen Quirino, diaconum similiter unum, nomine Scubiculum, Martyrologium Romanum hodiernum iuxta ac quaedam S. Nigasi Acta sanctissimo huic martyri adjungunt, non parum inde ad episcopatum ejus probandum conferri.*

41 Verum, quae laudant, S. Nigasi Acta admodum exiguae, uti ipsemet produnt, sunt fidei Usuardoque, ut negare non audent, antiquitatis palmam cedunt; quare itis, quae praeterea a Nigasi jam saepius laudatis haud magis, uti supra jam docui, pretii Actis, penes nos exstantibus, diversa verosimillime non sunt, moveri nemo debet, ut vel Quirinum, cui presbyteri titulum Usuardus haud tribuit, existit presbyterum, vel Scubiculum, cujus ne mentionem quidem idem martyrologus facit, Nigasio seu in predicatione Evangelica, seu in ultimo agone socium fuisse adjunctum, indubitanter credat. Idem porro de Mrl. Romano hodierno statuendum: quaecumque enim, quae ab Usuardo absunt, id memorat, ea vel e Fastis sacris, Martyrologo isthoc longe recentioribus, vel ex ipsismet mox iterum laudatis Nigasi Actis aut certe (neque enim hisce seu fide seu antiquitate potiora, e quibus promanasse queant, monumenta ulla novi) e fidei haud melioris monumentis, Usuardo pariter recentioribus, sunt deprompta. At vero, inquit, fac etiam in S. Nigasi historia Quirinum et Scubiculum esse adventitios, inde nihilominus fas erit colligere, fabulam idcirco fuisse confictam, quod quo tempore et illo quidem remotissimo fuit adinventum, persuasum sibi haberent majores nostri, Nigasium episcopali caractere fuisse insignitum. Sic fere etiam ad verbum laudati Gall. Christ. auctae Scriptores; verum quid hinc, quæso, quo Nigasius indubitanter credatur existit episcopus, eliciant?

42 Majores nostros (subdunt) credidisse, quod a patribus suis acceperant, credendum est nobis, nisi ostendantur aut fabulam ipsi finisse aut fabula recentiori esse decepti; ast quid tum? Nobis sane, Majores nostros, dum S. Nigasium episcopali caractere

teresse fuisse insignitum, credidisse, nihil prorsus aliud, quam quod a patribus suis acceperant, credidisse, firmissime etiam sit credendum, consecrariumne hinc erit, ut Nigasium existit episcoporum, indubitanter credere debeamus? Id certe mihi non apparet. Quid enim? SS. Nigasium et, quos ei socios plerique adjungunt, Quirinum et Scubiculum abscissa sibi capita manibus propriis post necem arripuisse hæcque gestantes in adversam insulae, abs Ita fluvio formate, ripam Vado antea ignoto concessisse, Majores nostri, uti e supra laudatis in fraque adhuc laudandis Sanctorum nostrorum Actis aliisque documentis nemo non colliget, credidisse, eosque sic nihil, quam quod a patribus suis acceperant, credidisse, nobis etiam (neque enim aut fabulam ipsimet finisse aut fabula recentiori, ab aliis conficta, decepti fuisse queunt ostendi) est credendum; quis hinc autem, Nigasium, Quirinum et Scubiculum abscissa sibi capita manibus propriis post necem insigni prodigio vere gestasse, indubitanter credendum, concludat? Nemo certe, qui innumeris alioquin commentis fidem indubitatum pari argumentandi modo conciliandam, considerarit.

43 Itaque tum fere dumtaxat res, quas Majores nostros credidisse ac a patribus suis accepisse scimus, indubitanter, nisi quid suaserit contrarium, credere debemus, cum hi a tempore, quo res illæ evenere, tam parum noscuntur vicisse remoti, ut eas quam optime potuerint habere perspectas; cum autem, si supra laudatam Riculfi chartam et Corbeicense forsam, in quibus absque episcopi titulo Nigasius recensetur, Hieronymianum apud Florentinum apographum exceperis, universa, in quibus de Nigasio agitur, monumenta ac ipsamet, uti supra ex instituto docui, Sancti hujus passio seu Acta Usuardo, qui circa annum 877 rivere desiit, recentiora, ut antea monui, existant, enimvero eos, a quibus sua in monumentis illis de Nigasio narrata Majores nostri acceperunt, tam parum a tempore, quo gesta feruntur, vicisse remotos, ut quam optime hæc comperta habere potuerit, vero apparet omnino absimile; quare non est, cur caractere episcopali, uti ex iisdem monumentis quepiam tradunt, insignitum fuisse Nigasium, indubitanter horum seu fide seu auctoritate credamus. Et vero id credentibus Usuardus etiam, qui, ut dictum, universis monumentis illis est antiquior, adversari videtur; Nigasium enim non episcopum, sed presbyterum dumtaxat appellat. Scio quidem, tribus primis Ecclesiae seculis presbyteri nomen tam ad episcopum, quam ad inferioris ordinis sacerdotem designandum promiscue fuisse adhibitum; verum id nono, quo Usuardus floruit, seculo haud amplius obtinuit. Ita nimirum passim censent eruditi, nec hisce, ut apparet, refragantur ipsimet laudati Gall. Christ. auctae Scriptores.

44 Ast an omnibus etiam et singulis seculis, Usuardi ætatem prægressis, ac proin et tunc, cum monumenta, e quibus is Nigasi notitiam hausit, fuere conscripta, episcopi sub inde adhuc nuncupati fuerunt presbyteri? Ita, ut videtur, arbitrantur idem scriptores, hincque etiam factum aiunt, ut Usuardus, cum ad monumentorum sibi prælucentium fidem scriberet,

AUCTOR
C B

in medium

F

hic adductas,

est etiam ob
rationes, con-
tra secus senti-
entisGallie Christ.
auctae Scripto-
res

AUCTOR
C. B.

beret, ne nomen quidem presbyteri, quod in hisce Nigasio tribui videbat, immutare volens, solo isthoc Sanctum hunc distinxerit. Verum, etsi id mihi admodum dubium ac ne quid etiam pejus dicam, incertum appareat, sit tamen, putant, hincque adeo pariter acciderit, ut Lucianum Bellovacensem, etiamsi episcopum a pluribus appellatum, solo presbyteri titulo Usuardus ad VIII Januarii diem ornarit, consecrarium saltem inde erit, ut quos episcopos hic martyrologus appellat, etiam eos non presbyteros, sed episcopos in monumentis sibi praeulentibus invenerit appellatos; cum qualem sic habeat, quo fato quare ratione est factum, ut ex hisce, qui omnes, nullo excepto, re vera existitisse episcopi certo sciuntur, nullus plane et tamen tam Nigasio quam Lucianus, de quo (Tillemonium tom IV Monumen. Eccles. pag. 747 et seq. videsis) non minus sane, quam de Nigasio, an episcopus existit, est dubium, solo presbyteri titulo in monumentis Usuardo praeulentibus fuerit affectus? Id enim vero accidit quam maxime mirum, suspicarique facit, re etiam ipsa Lucianum et Nigasio, non episcopos, sed inferioris dumtaxat ordinis sacerdotes seu presbyteros existitisse.

incertam ac
dubium.

45 Itaque, etsi quidem, Nigasio existitisse dumtaxat inferioris ordinis sacerdotem, pro certo asseverare non ausim, anne tamen re vera existitit episcopus, ac proin an eum e mero, qualis initio creditus fuerit, presbytero episcopum regionarium, ac deinde, ut fabulae temporis progressu crescunt, e regionario Rotomagensem episcopum haud fecerint, dubitare ob jam allegata cogor. Nec ut credam existitisse episcopum, me movere queunt, quae id luculentissime etiam docent supra plus semel laudata Archiepiscoporum Rotomagensium Acta: praeterquam enim, quod in haec, quod supra generatim de monumentis omnibus, de Nigasio post Usuardum locutis, dixi, quadret, seculo demum, ut docui, undecimo sunt scripta ac proin tempore a Nigasio aetate longe remotiori, quam ut, qui ea scripsit, episcopusne, an non ille existitit, potuerit habere sat probe perspectum. Diutissime quidem Nigasio ut pontificem martyrem jam coluit Rotomagensis ecclesia; verum, cum ne seculum quidem, quo ita Sanctum colere inceperit, determinari utcumque queat, dubium mihi atque incertum apparet, anne id, si non Archiepiscoporum Rotomagensium mox iterum laudatis exiguae hac in re auctoritatis Actis, sola forsitan penes nos exstante saepiusque etiam jam laudata S. Nigasio Passione impulsa haud fecerit. Haec enim diserte loco non uno Nigasio appellat episcopum; ast, cum fidem integram, ut supra docui, minime mereatur, hincque tempus, quod S. Nigasio martyrio assignat, certum facere haud queat, idem eandem ob causam de episcopali, quem huic Sancto nostro attribuit, characterem est dicendum.

②

§ IV. Sanctorum in Fastis sacris memoria, ecclesiasticus variis locis cultus, reliquiae primum translatae.

Sancti nostri martyres Nigasio, Quirinus, Scubiculus et Pientia, qui hodie sequentibus hisce verbis, In pago Vilcassino passio sanctorum martyrum Nicasio episcopi Rothomagensis, Quirini presbyteri, Scubiculi diaconi, et Pientiae virginis sub praeside Fescennino, in Martyrologio Romano hodierno annuntiantur, in pluribus aliis Fastis sacris recentioribus, quos hic, utpote nihil omnino aut jam dictis, aut porro dicendis ponderis addentes, recensere necesse non est, hodie pariter, ut jam supra innui, commemorantur; cum autem Nigasio, Quirinus et Pientia Usuardo etiam Martyrologio, ut jam antea vidimus, hodie existit inscripti, Sanctorumque in Martyrologiis antiquis seu classicis, quale Usuardinum est, inscripto pro cultu ecclesiastico habeatur, id enimvero, tres illos e sanctis nostris Martyribus, quorum primus in vetustissimo etiam Corbeiensi apud Florentinum et Dacherium Hieronymiano apographo memoratur, postremo nominatos cultu hujusmodi jam inde a sec. IX, quo Martyrologii Usuardini auctor floruit, fuisse gavissos, argumento est. Nec, quin jam tum eodem honore affectus etiam fuerit Scubiculus, ambigendum apparet; etsi enim Usuardus, quem Martyrum nostrorum classem e particulari quapiam nobis incomperta notitia hausisse oportet, Scubiculi nusquam meminerit, Riculfus tamen, Rotomagensis episcopus, qui eodem, quo Usuardus, seculo IX floruit, primo episcopatus sui anno, Christi ex infra dicendis 872, tam S. Scubiculi, quam SS. Nigasio, Quirini et Pientiae reliquias veneratus suffragiaque imploraturus Vadiniacum, uti ex infra huc transcribenda Rotomagensis illius antistitis charta liquet, sese contulit, idque, nisi jam tum Scubiculus aequae, ac Nigasio, Quirinus et Pientia, honores, deferri ab Ecclesia Sanctis solitos, fuisset adeptus, facturus fuisse haud videtur.

47 Verum nonne etiam citius, quam cum jam nonnumquam laboretur seculum, caelitem honores Sanctis nostris fuere delati? Nigasio, Quirino et Scubiculo, statim atque martyrio fuissent affecti sepulturaeque in insula Vadiniacensi donati, ecclesiam ibidem, et quidem a S. Pientia, fuisse constructam, Nigasio, prout apud nos in duobus Mss. exemplaribus supra laudatis exstant, Acta diserte tradunt; verum id propterea nemo certe, qui, quae supra de sublesta horum fide disserui, expenderit, credendum existimabit. Ecclesiam quidem Nigasio Quirino et Scubiculo Vadiniaci fuisse constructam, anonymus Lucubrationis, apud Marteneum exstantis supragae nomen. S. laudat, auctor e Passionis eorum, quam laudat, Historia etiam affirmat, verum simul, id non statim ab illorum martyrio factum, non obscure indicat. Et sane, cum, Sanctis nostris pro fide, quod, ut supra

Sancti nostri,
quorum me-
moriam sec. IX,

E

F

imo et jam in-
de a sec. IV
forsan eccle-
siam honores
delati,

A supra docui, verosimilius anno circiter 286 evenit, interfectis, nondum etiam statim in Galliis Christiani pace fuerint gavisi, fuisse tum abs hisce in SS. Nigasii, Quirini et Scubiculi honorem exstructam ecclesiam, nemo facile in animum induxerit. At vero, cum equidem tribus hisce Sanctis nostris Vadiniaci fuisse eadem sacram antiquius edificatam, indubitatum apparet, quandonam id factum statuamus? Rem ad Constantini Magni ætatem seu sec. iv initium referendam, Davanneus, eximia prorsus, uti ex infra dicendis patescet, in Sanctos nostros pietate ac veneratione vir, in horum, quam a se contactam anno primum 1628 ac deinde variis additionibus auctam anno 1643 iterariis typis vulgavit, Vita, jam supra sæpius a me laudata pluriesque adhuc infra laudanda cap. 47 suspicatur; neque vero immerito; cum enim tunc, ut recte observat, ædes sacræ et Romæ et toto late imperio ac nominatim in Gallia plurimis locis fuerint erectæ, tum pariter Vadiniaci in SS. Nigasii, Quirini et Sciviculi, imo et S. Pientie,

B quæ, quamvis forsitan una cum Nigasio, ut dictum, martyrium haud subierit, eodem tamen, quo illi, Vadiniaci loco fuerat sepulta, honorem supra eorum tumulos exstructum fuisse edificium hujusmodi, a veri specie nequitiam abhorret.

reliquæque sec.
vii aut equi-
dem,

48 Hanc porro eadem sacram, quam exigua dumtaxat costilisse molis tradit, primævo in statu usque ad sec. vii permansisse, tumque a S. Audoëno seu, ut alias vocatur, Dadone, probabilius ab anno 640 usque ad annum 683, uti in Opere nostro ad xxiv Septembris diem, quo de Sancto illo ibidem actum, videre licet, Rotomagensium episcopo, in prioratum, monachis in hunc, quos e Rotomagensi suburbana, tum S. Petri, post S. Audoëni dicta, Ordinis S. Benedicti abbatia accesserat, inductis, fuisse tandem erectam, cap. 48 affirmat, mox etiam adjungens, tum quoque inde ossium SS. Nigasii, Quirini, Sciviculi et Pientie partem Rotomagum, curante eodem sancto antistite, ad dictam, tunc ac diu adhuc post extra, modo intra Rotomagum sitam, abbatiam fuisse translata. Neutrum quidem ex hisce assertis,

C quorum primum tamen veluti indubie verum Cointius in Annal. Eccl. Francorum anno 841, num. 24 admittere videtur, antiquo quoque quæpiam, quod fidem facere natum sit, documento confirmat; ast, cum S. Audoënus, dum Romæ, Colonie Agrippinæ aliisque in locis, ubi Sanctorum reliquias reperi noscebat, versaretur, harum sibi partes, quo sacris hujusmodi opibus Rotomagensis ecclesias locupletaret, adipisci, majorem in modum, uti in abbatie proximè memoratæ Historiæ lib. 1 Pomerayus, Audoëni apud nos loco proximè cit. Vitis minime refragantibus, docet, studuerit, hinc saltem, eundem in finem a sancto isto antistite, ut quæpiam SS. Nigasii, Quirini et Sciviculi reliquiarum seu ossium pars e Vadiniacensi S. Nigasii seu ecclesia seu prioratu Rotomagum transferretur, fuisse curatum, verosimile apparet. Quod si autem, id a S. Audoëno ac proin sec. vii haud factum, quis nihilominus præfracte adhuc velit, fuisse equidem annorum aliquot ante annum 841 spatio notabiles SS. Nigasii, Quirini et Scubiculi, imo et Pientie, reliquias e vico Vadiniacensi Rotomagum ad S. Audoë-

Octobris Tomus V.

ni ibidem abbatiam translata, concludendum e Riculfi archiepiscopi Rotomagensis Charta apparet, uti mox, cum hanc plus semel jam laudatam huc transcripsero, ostendam.

49 Sequentibus hisce apud Pomerayum in mox iterum nominatæ abbatie Historia pag. 399 et seq. concipitur verbis: In nomine sanctæ et individue Trinitatis ego Riculfus, tametsi meritis negantibus, divina tamen opitulante Clementia, Rothomagensis ecclesiæ humillimus archiepiscopus sive abbas ex cœnobio sancti Petri almique Audoëni, quod in suburbio metropolitice urbis quondam augustus claruit, primo ordinationis meæ anno, videlicet xvi Kalendarum Decembrium, dignum duxi limina Sanctorum, scilicet Christi confessoris Audoëni, præfate urbis quondam almi antistitis, et beatorum martyrum Nigasii, Quirini, Sciviculi et sanctæ Pientie adire (quorum sacrosancta corpora tunc temporis apud Vadiniacum villam causa metus Nordmannici, licet in proprio solo, exulabantur) eorumque suffragiis supplicare, quatenus quem meritorum nullo ornari E bono memineram, nullaque ecclesiastici dogmatis prudentia imbutum crebris dolebam suspiriis, eorum patrocinii apud fontem pietatis et sapientiæ Dominum intervenientibus, et propriis mereretur abluere squalloribus, et plebi nobis olim cælitus commissæ divini pabula tritici salubriter sufficienterque dispertiri valerem. Denique in crastinum, quod fuit xv Kalendarum Decembrium, cura pastoralis affectuque devotio- nis motus, nulla (Deus testis est) curiositate temeritatis actus, summa cum veneratione decrevi perscrutandum, adhibitis mecum ejusdem congregationis quibusdam optimæ religionis fratribus, utrumnam sacrosanctum præfati confessoris almi Audoëni corpus in suæ positionis tecca digne servaretur. Quod ut cognovimus, pro maximo desiderii ardore, quem jugiter circa cultum ejus habueram, tandem diu desiderato opportunoque potitus tempore, quædam proprii corporis sui mecum tuli pignera, quatinus si quando humanæ infirmitatis lapsu a recti tramitis linea declinarem, ejus patrocinio munitus in cælis veniam mereretur, cujus memoriam mecum ferens in terris juge servitium impenderem.

50 Et ut peculiarius ejus clementiam mihi conciliare valerem, ne scilicet magni discriminis incurrerem nefas, quippe qui tot seclerum piaculis squallidus, tam purum sacrumque corpus præsumpsissem manibus immeritis contrectare, salubri reperto consilio, statui duos mansellos, qui sunt in Bidolido, cum mancipiis his nominibus Bertuino, Vuinetrude, Gumberga, Ruduis, et cæteris adjacentis de villa Rumiliaco ad ejus luminaria perpetuo fovenda perenni dono reddere, quatinus dum nostræ oblationis munusculo ante ejus venerabile sepulchrum lampades rutilarent, suis precibus obtinere valerem inter prudentes Virgines, bonorum operum lampades gestantes, ultimum saltem locellum obviamque Christo corde venire securo. Obsecro itaque omnes successores meos episcopos, ut apud eos hæc autoritatis nostræ constitutio inviolata permaneat, quatinus ipsi quoque, dum eis bonum nostrum non displicet, æternæ retributionis præmium a pio iudice Christo percipere valeant. Si quis vero alius contra hoc decretum agere temptaverit, perpetuo anathema-

ACTORE
C. B.

uti ex Riculfi
Charta, quæ
huc

F
integra tran-
scribitur,

ADJECTIVE
C. B.

te a nobis se damnari noverit, nisi se ab hac præsumptione coercuerit: ut, qui non optat nobiscum honorem exhibere Sanctis, gehennali damnatione in inferno plectatur cum spiritibus immundis. Et, ut hæc constitutio nostra futuris sæculis maneat inconvulsa, subscriptione roboravimus propria; et, ut munus nostræ scriptio- nis per revoluta tempora firmius haberetur, manu nostra subter firmavimus, canonicos quo- que nostros et monachos, fidelesque laicos cor- roborare præcipimus, ac, ut firmius haberetur, annulo sanctæ Mariæ impressimus. *Talis est, quam lectoris oculis, quod jam supra plus se- mel allegata infraque adhuc alleganda sit, in- tegram hic, omissis tamen ei subscriptorum, quæ hic nosse parum refert, nominibus, sub- jiciendam existimavi, Riculfi Charta.*

concludendum

51 Hic, qui et S. Audoëni abbas, ab anno 872 usque ad annum 875, ut Gallicæ Christ. auctæ Scriptores tom. xi, col. 23 et seq. docent, moderatus est Rotomagensem ecclesiam; quare cum sese S. Audoëni, Nigasii, Quirini, Scuviculi et Pientie limina primo ordinationis suæ anno adisset, in Charta, aliquantulum, ut apparet, post data, moxque huc jam transcripta, dicat, id anno 872 aut seq. indubie fecerit; ve- rum, cum locus, quo passi ac sepulti sunt Martyres, proprius hisce censendus quodam- modo sit, certeque, dum loco hujusmodi cor- pora illorum seu quiescunt seu servantur, haudquaquam pro loco exsiliis ratione ho- rum haberi ille queat, qui, quæso, Riculfus, qui et ipse Vadiniacum villam fundum Sanctis nostris proprium appellat, ibidem horum corpora tum exsulasse, in eadem Charta, ve- ritate haud læsa, affirmat? Quid si corpora illi aut saltem notabilia eorum ossa, si non jam inde a sec. VII, post equidem seu sub sec. VII, finem sequentisve initium ac proin anno- rum ut minimum aliquot ante annum 841 spatio e vico Vadiniacensi Rotomagum fue- rint ad S. Petri seu Audoëni abbatiam tran- slata, et inde, cum per plures annos in sacro isto asceterio fuissent ser- vata, anno 841 præ metu Normannorum, qui tum, uti ad eum- dem annum in Annalibus Benedictinis Mabi- lionis num. 32 docet, in Neustriam, Os- chero duce, irrupentes, Rotomagum vici- namque huic urbi abbatiam illam incendere, Vadiniacum reducta?

apparet, ante annum 821 Rotomagum fuere transla- ta,

52 Ita certe, dictæ abbatie, e qua sacra illa pignora, cum per plures annos in ea quie- vissent, metu Normannorum anno 841 Vadi- niacum fuerint reducta, ratione habita, Ri- culfus, dum anno 872 aut sequenti ad vicum illum venit, ea tum ibidem, utut in proprio fundo, exsulasse, in Charta supra recitata, veritate nil læsa, affirmavit. Pariter quidem id cum veritate asseruisse fuerit censendus, si eadem corpora notabiliave horum ossa e loco, a S. Audoëni abbatia diverso, in quo per plu- res annos fuissent servata, Vadiniacum metu Normannorum anno 841 fuerint reducta; ve- rum sacra illa pignora translata fuisse ad lo- cum, abs abbatia illa diversum, e quo, cum plurium annorum spatio ibidem quievis- sent, metu Normannorum anno 841 Vadiniacum fuerint reducta, nemo umquam asseruit, nec quid usquam, e quo, fuisse id factum, vel suspi- cariqueas, occurrit. Jam vero, cum sic habeat, ac Vadiniacum una cum S. Audoëni corpore, quod eo absque dubitatione ulla (Commenta-

rium Sancti hujus Actis prævium, Operi no- stro ad xxiv Augusti insertum, num. 47 vi- desis) Normannorum metu anno 841 fuit translatum, Nigasii, Quirini, Scuviculi et Pien- tiæ corpora notabiliave horum ossa fuisse de- lata, sese in Ms. abbatie S. Audoëni codice le- gisse, Pomerayus in hujus Historia pag. 202 insinuet, enimvero sacra illa pignora, si non inde, certe e Riculfi Charta, utpote in qua, primo ordinationis suæ anno, Christi e dictis 872 aut seq., apud Vadiniacum villam exsulasse illa, indubie haud alia quam supra assignata ratione Riculfus, falsitatis certe ea in re haud arguendus, affirmavit, e villa ista seu vico Ro- tomagum ad S. Audoëni abbatiam annorum aliquot ante annum 841 spatio fuisse delata, concludendum, spectatis omnibus, quæ jam dixi, apparet.

53 Porro Davanneus, qui, ut jam monui, aut partim, aut ossium SS. Nigasii, Quirini, Scuviculi et Pien- tiæ partem Rotomagum ad suburbanam S. Audoëni seu S. Petri abbatiam, S. Audoëno curante, fuisse translata, cap. 48 supra cit. scribit, ibidem præterea, eundem sanctum Rotomagensem episcopum Rotomagi ædem sacram, quæ insignis modo est paræcialis ec- clesia, sub S. Nigasii nomine et dedicasse et duobus Sancti hujus ossibus, hodieque in illa servatis, ditasse, adjungit, ac deinde cap. pro- xime seq., tum quoque cum Lexoviensi epi- scopo quædam S. Pientie ossa, quæ is, ut ait, Rotomagi in palatii sui scello, in S. Candidi veteris collegiatam et paræcialem ecclesiam modo mutato, deposuit, Audoënum communi- casse, affirmat. Verum hæc, utut certe omnia, si locum habuere umquam, Davannei ætatem longissime prægressa, nullo iterum hic scri- ptor firmat testimonio antiquo; quare, etsi quidem forsitan, quod de duobus S. Nigasii os- sibus in Rotomagensi Sancti hujus nomine in- signita ecclesia ab Audoëno locatis ait, vero haud absimile ob rationem num. 48 allegatam queat videri, minime tamen id aliæque, quæ de quibusdam S. Pientie ossibus, per Audoë- num cum Lexoviensi episcopo communicatis ac abs hoc deinde Rotomagi depositis, memo- rat, pro certis atque indubitatis sunt habenda. Ast, etsi sic habeat, recte tamen duo S. Niga- sii ossa Rotomagi in paræciali a Sancto hoc dicta ecclesia, etsi interim, quandonam, a quo et unde (neque enim, Mollento accepta, Anti- quitatum Rotomagensium, anno 1587 edita- rum, auctori, absque ullo vade asserenti, fi- dem hic adhibendam reor) allata eo fuerint, sit incertum, hodieque asservari, sola etiam Davannei fide credideris; id enim e fide di- gnis notitiis, Rotomago vel acceptis, vel ab ipso- mel etiam sibi ibidem comparatis, perspectrum habere potuit reque etiam ipsa verosimillime habuit.

54 Hinc etiam, olim saltem aliquot S. Pien- tiæ ossa, uti ex ejusdem Davannei, quæ jam memoravi, dictis consequitur, Rotomagi in collegiata S. Candidi veteris ecclesia, etsi in- terim quandonam, a quo et unde allata eo fuissent, incertum pariter sit, fuisse asservata sola scriptoris illius auctoritate et fide credo, itque eo propensius quod, ut ait, ossa illa in authentica, quam sibi præluxisse innuit, ec- clesie ejusdem charta recenseantur. Verum an ista aliæ sacra S. Pientie lipsana in dicta S. Candidi veteris ecclesia hodieque pariter exstant?

A exstant? *Ibidem* quidem hujus Sanctæ nostræ cingulum, quo mulieribus, in partu periclitantibus imposito, prodigiose non raro succurri, sese dictæ ecclesiæ canonicis audivisse ait, modo adhuc asservari, ossa vero a Calvinistis, Rotomagi in sacra omnia anno 1562, ut notissimum est, impissime debacchatis, in ignem conjecta flammisque absumpta fuisse, asseverat. At vero, parte una reliquiarum S. Pientiæ Abrincas delata *ibidemque* in cathedrali ecclesia deposita, partem alteram Rotomagi in collegiata S. Candidi veteris ecclesia et Mellenti in S. Nigasio prioratu honorifice asservari, Arturus a Monasterio hodie in Gyneceeo sacro, haud citius quam anno 1657 ac proin diu post annum 1562 typis vulgato, affirmat; ita autem is scriptor cum Davanneo, qui, ut dictum, posteriori hoc anno S. Pientiæ ossa, quæ Rotomagi in collegiata S. Candidi veteris ecclesia asservabantur, combusta ab hæreticis fuisse ait, pugnare videtur. Erit quidem fortassis, qui ab Arturo quo hunc cum Davanneo in concordiam adducat, per S. Pientiam reliquias, quas Rotomagi in proxime dicta ecclesia servariasserit, non alias, quam supra memoratum a Davanneo ejusdem Sanctæ nostræ cingulum, velit intelligi; verum interpretatio isthæc videtur ab Arturo mente omnino aliena, cumque ratio alia, qua duo illi scriptores componantur, assignari, ut apparet, haud possit, utri hic assentiendum? Cum ex ipsismet S. Candidi veteris canonicis, optime sane, quæ ad hanc spectabant nec citius quam patrum suorum memoria gesta erant, explorata, ut credere par est, habentibus, Davanneus, quæ de re illa scribit, intellexisse videatur, scriptore isthoc, ut mihi equidem apparet, hic standum, ac proin, quæ olim Rotomagi in dicta ecclesia asservata fuere, S. Pientiæ ossa, *ibidem* haud amplius existimandum.

diversis locis
sacris,

55 Verum etsi sic habeat, ac pariter, quæ olim in Rotomagensi S. Audoëni abbatia seu ecclesia asservata fuere, SS. Nigasio, Quirini et Scuviculi ossa *ibidem* haud amplius, uti infra docebo, reperiantur, Pientiam tamen prioris ecclesiæ canonicis, Nigasio vero, Quirinum et Scuviculum posterioris monachi solemniter adhuc celebrant, aut certe seculo proxime prægresso, media sui parte nondum elapso, quo, qui hæc nos cap. 49 et seq. docet, Davanneus floruit, celebrarunt. Nec dubito, quin Nigasio quoque Rotomagi in supra memorata nominis sui ecclesia, in qua, ut dictum, duo ejus ossa hodieque asservantur, peculiari quodam una cum Quirino et Scuviculo cultu afficiatur, certe olim fuerit affectus; etsi enim id nusquam litteris mandatum inveniam, rem tamen mihi suadet eastans penes nos SS. Nigasio, Quirini et Scuviculi passio, in lectiones novem pro officio ecclesiastico divisa, ac, ut adnotatio, ei in capite adscripta, fert, Rotomagi e paræciali S. Nigasio ecclesiæ Ms. accepta indeque ad decessores nostros anno 1642 transmissa. Verum quo modo quantaque solemnitate tres isti Sancti nostri *ibidem* coluntur cultive olim fuere? Nil plane, quo id determinem, occurrit; ast de cultu, quo in Rotomagensi S. Audoëni abbatia seu ecclesia gavisi sec. proxime elapso fuere, aliter censeas; hæc quippe illos ritus triplicis officio, lectionibus, quibus id partim

constat, vitam et martyrium eorum completentibus, xi Octobris die quotannis sec. proxime prægresso, media sui partenondum elapso, quo, qui id iterum cap. 50 nos docet, Davanneus floruit, celebrabat; cum autem sic habeat, eadem ecclesia solemniori etiam ritu, quam reliqua tam civitatis quam diocesis Rotomagensis loca, si forsitan, ubi partem capitis S. Pientiæ asservari aiunt, Rupem-Guidonis; Piscanensem, ubi aliquot SS. Nigasio, Quirini et Scuviculi ossa, Thecæ argenteæ inclusa, exstare, Pomerayus affirmat, Ordinis S. Benedicti abbatiam; Vadiniacensem, ubi omnes quatuor Sancti nostri pro fide occisi ac sepulti parsque reliquiarum eorumdem in veneratione adhuc est, prioratum seu vicum; mox iterum memoratam Rotomagi sancti Nigasio, aliamque *ibidem*, ubi etiam aliquot Sanctorum nostrorum reliquias reperiri, supra laudatus Antiquitatum Rotomagensium auctor pag. 72 ait, S. Viviani ecclesiam; ac denique, quam fidei lumine illustrasse Nigasio dicitur, Pontisariam seu Pontesiam exceperis, SS. Nigasio, Quirinum et Scuviculum seculo proxime elapso celebravit.

accipere
C. B.

56 Id, uti etiam, fuisse nihilominus tres hosce Sanctos nostros in tota Rotomagensi diocesi, in cujus cathedrali ecclesia aliquot S. Nigasio reliquias hodieque honorifice asservari, Farinus Normanniæ Christianæ pag. 69 ait, cultu ecclesiastico plane eximio tunc gavisos, ac porro hodieque gaulere, e jam nunc dicendis evadet perspicuum. Ecclesiæ metropolitanæ Rotomagensis, quod illustrissimi ac reverendissimi domini Francisci de Harlay Rotomagensis archiepiscopi jussu recognitum annoque 1627 excusum notatur, penes nos exstat Breviarium. In hoc alteroque adhuc antiquiori, quod penes nos pariter exstat, anno 1581 typis mandato ejusdem ecclesiæ Breviario ad v idus seu xi Octobris diem ecclesiasticum de SS. Nigasio, Quirino et Scuviculo officium, non sub triplici, sed dumtaxat sub duplici ritu recitandum præscribitur. Ac hinc quidem cultu sane eximio, sed tamen minus solemniter, quam in dicta S. Audoëni ecclesia, in tota aut certe, cum id forsitan non minori, quam in hac, solemnitate in mox memoratis urbis ac diocesis Rotomagensis locis fuerit peractum, fere tota Rotomagensi diocesi SS. Nigasio, Quirinum et Scuviculum integro illo temporis spatio, quod ab anno 1581 usque ad annum 1627, imo vero ob mox alleganda usque ad annum 1736 occurrit ac proin toto sec. proxime elapso fuisse quotannis affectos, evadit perspicuum; dicto autem anno 1736 tres illos Sanctos nostros a v idus seu a die Octobris xi, cui erant affixi, ad secundam mensis hujus Dominicam, modo hoc, modo alio die recurrentem, rejicere, eosque deinceps, altioris classis ritu adhibito maximeque in ecclesiasticum, quo antea colebantur, officium mutatione inducta, non solos, sed una cum S. Mellone celebrare est visum. Hæc omnia ex ipsomet, quod anno illo impressum est quodque mihi ante oculos versatur, ecclesiæ Rotomagensis Breviario intelligo.

imo et in tota
Rotomagensi
diocesi culti
olim fuere,

57 In hoc enim ecclesiasticum sequenti isthoc titulo, Festivitas SS. Nigasio, Neustriæ apostoli, et sociorum Martyrum, ac Melloni, qui ecclesiam Rotomagensis fundaverunt, in capite munitum ac secunda mensis Octobris Dominica

ac porro hodie
que

ALCIVIRE
C. B.

Dominica sub triplici primæ classis ritu recitandum præscribitur officium; id autem, ut reliqua, in quibus ab officiis, antea recitari in Sanctorum nostrorum honorem ex antiquiorum Rotomagensium anni 1581 et anni 1627 Breviariorum præscripto undecima Octobris die solitis, differat, silentio præteream, orationem et lectiones, Sanctis, quos celebrat, proprias, quam maxime ab oratione et lectionibus, quæ in duobus illis antiquioribus Breviariis de SS. Nigasio, Quirino et Scubiculo leguntur, discrepantes, complectitur. Ut quam verum id sit, lectori ad oculum pateat, tantummodo tam quæ in hisce, quam quæ in alio mox dicto recentiori Rotomagensi Breviario occurrit, orationem, lectionibus interim, quod nimis sint prolata, brevitatis causa omissis, huc transcribo. Prior, quæ in dictis duobus Breviariis antiquioribus, utul lectiones, maxime etiam in vicem dissonas complectentibus, diversa non est, sic habet: Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut, sicut devotissime populus christianus ad Sanctorum martyrum tuorum Nigasio, Quirino et Scubiculi temporalem solemnitatem concurrat, ita perfruatur æterna, et quod votis celebrat, comprehendat effectu. Per Dominum etc. Posterior vero his verbis concipitur: Deus, qui lucem habitas inaccessibilem et sanctorum Nigasio cum Sociis ac Melloni ministerio de tenebris in admirabile lumen tuum nos vocasti, fac, ut eorum intercessione crescamus in gratia et cognitione Domini nostri Jesu Christi, qui tecum etc. Binas modo hasce orationes aliaque jam nunc allegata studiosus lector expendat, statimque, tam quæ de mutatione in ecclesiasticum SS. Nigasio, Quirino et Scubiculi officium inducta, quam quæ de cultu insigni, quo hi sec. proxime elapso fuere in tota Rotomagensi diœcesi seu ecclesia gavisi ac porro hodieque gaudent, supra asserui, veritati esse apprime consona, perspicue intelliget.

coluntur,

58 At vero Gallie Christ. auctæ Scriptores tom. xi, col. 5 de cultu, quo Nigasio olim in ecclesia Rotomagensi fuit gavisus ac porro adhuc gaudet, sequentem loquuntur in modum: Nigasio una cum sancto Mellone proximo successore suo (hic nimirum secundus, Nigasio vero, uti et supra dictis putant, primus fuit Rotomagensis episcopus) colitur in ecclesia Rotomagensi Dominica prima Octobris ab hisce nuperis diebus, quibus et retractatum est et denuo typis (anno videlicet, ut dictum, 1736) mandatum ecclesie ejusdem Breviarium. Colebatur antea solitariis III idus Octobris; hæc autem iis, quæ de diebus, SS. Nigasio, Quirino et Scubiculi cultui hodie et olim sacris jam docui, minime consonant; verum apud scriptores illos in diebus, quos antiquiori et hodierno Nigasio cultui hic assignant, errorem cubare, nemo non facile credet qui, quæ de hoc argumento asserui, ex ipsismet, quæ supra laudavi, ecclesie Rotomagensis Breviariis, studiosissime ame inspectis, hausta esse, consideravit. Ego interim id hic monuisse contentus a cultu, quo Sancti nostri vel partim, vel omnes in diœcesi Rotomagensi gaudent olimque fuere gavisi, sermonem ad illorum in aliis etiam nonnullis extra diœcesim illam sitis locis cultum jam converto. In Normannia, ad Sequanam fluvium, octo leucis supra Rotomagum in Eurum et sex ab Ebroicis

in ortum situm est Vernonium, Gallie Vernon, D Ebroicensis sub metropoli Rotomagensi diœcesis oppidum, supernæ lucis falcis, si Sausayus in Martyrologio suo Gallicano recte notet, a S. Nigasio illustratum.

59 Ibidem magna in veneratione S. Quirini memoriam haberi, sese e loci parochi, qui simul id ob quaspiam Sancti hujus reliquias, in dicto oppido servatas traditionemque de fide, in hoc abs illo illata, fieri indicavit, didicisse, Davanneus in suis ad primam Vitæ S. Nigasio editionem Additionibus cap. 10 affirmat; etsi autem cultus exterioris generis, quo illa ibi erga S. Quirinum veneratio exhibeatur, non exponat nec id aliunde mihi innotescat, Quirinum tamen ibidem, imo simul etiam Nigasio et Scubiculo ritu ut minimum semiduplici XI Octobris die coli, haud quamquam a veritatis specie est alienum. Ita autumo, quod, cum in diœcesi Ebroicensis, quod mihi ad manum est quodque anno 1586 notatur excusum, Breviario ad XI Octobris diem ecclesiasticum de SS. Nigasio, Quirino et Scubiculo novem lectionum officium, ritu semiduplici, ut Kalendarium, Breviario præfixum, docet, recitandum, præscribitur, tum sane seu anno 1586 ac proin a longissimo jam tempore tribus hisce Sanctis nostris in diœcesi illa, in qua e dictis Vernonium situm est, ecclesiasticus ritu hujusmodi cultus fuerit exhibitus, nec ulla ex causa, quin in ibidem, si non altioris, ejusdem saltem Ordinis ritu hodieque fiat, videatur ambigendum. Ad Abrincensem, modo, quæ altera est episcopalis Normannæ sub metropoli Rotomagensi civitas, cathedralis ecclesiam, S. Pientie reliquias, uti e dictis Arturus a monasterio scribit, dilatam, accedo.

idemque Ver-
nonii,

60 Nullas quidem in ecclesia illa exstare S. Pientie reliquias, Davanneus cap. 49 contendit, pro se etiam supra a me laudatum Antiquitatum Rotomagensium auctorem citans; verum apud hunc, quod ait, nusquam incendio, cumque ipsemet is scriptor, integrum S. Pientie corpus Mellenti non asservari, fateatur, quid ni hujus pars exstare queat in cathedrali Abrincensi ecclesia? In Sanctorum ecclesie hujus Proprio, quod penes nos exstat quodque typis anno 1635 notatur mandatum, ad XI Octobris diem ecclesiasticum de SS. Nigasio, Quirino, Scubiculo et Pientia duplici primæ classis ritu recitandum proponitur officium, in quo de quatuor hisce Sanctis nostris assignatur oratio sequentibus, quæ subdo, verbis concepta: Deus, qui Sanctam nobis hujus diei solemnitatem in honorem Sanctorum martyrum tuorum Nicasio, Quirino, Scubiculi, Pientie et aliorum, quorum reliquie in nostra continentur ecclesia, consecrasti, adesto familie tue precibus et præsta, ut, quorum festivitatem celebramus, eorum meritis et intercessionibus sublevemur. Per Dominum nostrum; ex hac autem et ecclesiastico, ita, ut dixi, de Sanctis nostris quotannis in cathedrali Abrincensi ecclesia recitando officio ibidem non tantum S. Pientie, sed et SS. Nigasio, Quirino et Scubiculi, reliquias exstare aut saltem id sibi Abrincenses, quibus hac in re refragandum haud scio, habere persuasum, concludendum apparet, simulque, quod huc potissimum spectat, etiam fit, ut nullus plane dubitandi locus relinquatur de insigni quatuor Sanctorum

Abrincis, ubi
S. Pientia.

A *Sanctorum nostrorum apud illos cultu, qui, si secus foret, vel ex eo etiam, quod hi eodem prorsus modo, quo Sancti cum abstinencia ab operibus servilibus colendi, tam in dicto Proprio quam in Calendario, huic præfixo, signentur, dilucide probari posset.*

Aureliani,

61 Porro non tantum Abrincis et Vernoni, sed et per totas, ad quas binæ hæc urbes spectant, Abrincensem et Ebroicensem dioceses Sancti nostri vel partim vel omnes xi Octobris die, uti e jam dictis nemo non colliget, quotannis coluntur, idemque de quatuor reliquis metropoli Rotomagensi subjectis diocesis, Constantiensi videlicet, Sagiensi, Leuociensi et Bajocensi, pari jure, uti ex harum omnium vel Calendariis, vel Sanctorum Propriis vel denique Breuariis disco, est dicendum. Porro plures adhuc alias, a quibus tum pariter Sancti nostri coluntur, Galliarum dioceses ac nominatim Carnotensem, quæ sæpius infra memorandum Mellentinum S. Nigasi prioratum dictamque a S. Scuviculo paræciam, ut Bailletus docet, complectitur, ad-

B *ducere hic possem; verum illas omnes, cum e jam allegatis ecclesiastici cultus, quo Sancti nostri gaudent, celebritas satis superque constet, modo hic sigillatim recensere Operæ pretium non est, hincque diocesis seu ut generalitatem loquar, locis jam memoratis, in quibus Sancti nostri vel partim vel omnes coluntur, tria dumtaxat adhuc alia, quorum præcipue apud auctores, de Sanctis nostris loquentes, mentio occurrit, adjungo, Aurelianensem videlicet S. Aniani ecclesiam, Malmundariensem solius S. Petri primum ac deinde, delatis eo, ut infra docebo, S. Quirini reliquiis, Sancti etiam hujus nomine insignitam seu abbatiam seu ecclesiam, ac denique Mellentinum S. Nigasi prioratum. Ab Aurelianensi S. Aniani ecclesia exordior. Hanc, cum prior, quæ sub Sancti ejusdem nomine Deo dicata Aureliani steterat, a Normannis fuisset destructa, eminentiori urbis hujus loco Robertus Francorum rex, ut Helgaldus, æqualis principi huic scriptor, apud Chesneum in Historiæ Francorum Scriptoribus tom. 4 pag. 72 docet, a fundamentis anno 1029 erexit, cumque ad fastigium fuisset adducta Deoque C sub S. Aniani invocatione consecrata, in novum istud ædificium ex antiquo fuere SS. Aniani ac plurium aliorum Sanctorum corpora translata; hosce autem inter Helgaldus, qui ita, de quibus loquitur, sacra pignora apud Chesneum tom. cit. pag. 73 appellat, S. Scubilium ibidem recenset.*

ubi S. Scubilium

62 *Esse quidem, cur in dubium, an Helgaldi apud Chesneum textui SS. Baudelii et Scubilii seu Scubiculi nomina addita non sint, revocari queat, Tillemontius tom. 4 monument. Ecclesiast. in sua in Dionysium Parisiensem 19 et 24 nota insinuat, idcirco scilicet id faciens, quod Aurelianensium, quæ sec. proxime elapso iteratis typis prodire in lucem, Antiquitatum auctor le Maire, dum Aniani aliorumque Sanctorum anno 1029 Aureliani factam translationem ex Helgaldo refert, Bedelii et Scubiculi mentionem haud faciat, etsi interim Sanctos reliquos, quorum tum corpora seu lipsana una cum corpore S. Aniani translata ab Helgaldo narrantur, commemoret. Ast, si quæ de translatione illa laudatus Antiquitatum Aurelianensium au-*

ctor narrat, vere ex Helgaldo acceperit, in hujus exemplari, quod illi præluxit, dictorum nominum omissione, non autem additione in exemplari, quo usus est Chesneus, fuisse erratum, vel ex eo credendum apparet, quod antiqua scriptorum exemplaria, ex antiquioribus horum exemplaribus accepta, vocabulorum omissione frequentissime, additione autem rarissime aut certe nullo minus frequenter reperiantur fœdata. Adhæc tam SS. Baudelii et Scubilii, quam Sanctorum aliorum, quorum corpora una cum S. Aniani corpore anno 1029 Aureliani in novam ecclesiam translata ab Helgaldo loco supra cit. referuntur, translatio ad xvi Junii diem in Usuardino Molani, qui diu ante Chesneum et Antiquit. Aurel. auctorem floruit, Auctario Aureliani signatur huicque Martyrologi istius Auctario penes nos eastans scriptum, quod ex veteri ecclesiæ S. Aniani Aurelianensis Ms. acceptum notatur, ac veteri ejusdem ecclesiæ Calendario præfigitur, adstipulatur.

63 *Sequentia enim, quæ huc faciunt, verba suppeditat: Translata sunt in eam ecclesiam (novam scilicet S. Aniani Aurelianensem) per Robertum. (Francorum regem) corpora SS. Aniani, Euspicii, Monitoris, Floseculi conf. Baudelii et Scubilii Mart. Agiæ viduæ; quare cum non tantum Sanctorum, quos laudatus Antiquitatum Aurelianensium auctor memorat, sed et Sanctorum, quos omisit, Baudelii et Scubilii seu Scuviculi corpora seu lipsana fuisse reipsa Aureliani ex antiqua in novam S. Aniani ecclesiam anno 1029 translata videantur, idque, qui tum vivebat, Helgaldus indubie habuerit perspectum, ut quid utriusque Sancti istius nomina in scriptoris illius exemplari, quod Chesneo præluxit, non ab ipsomet Helgaldo profecta, sed in hujus textum a manu posteriori intrusa suspicemur? Quidquid itaque hic arguat Tillemontius, fuisse reipsa S. Scuviculi lipsana anno 1029 in Aurelianensi S. Aniani ecclesia asserta, Helgaldi auctoritate impulsus in animum induco; etsi autem, quæ, qualivæ illa eastiterint, aut unde et quando eo fuerint allata, compertum haud habeam, fuisse tamen, quod huc potissimum spectat, S. Scubiculum ad v Octobris diem in dicta Aurelianensi ecclesia olim cultum, certum mihi est e jam supra laudato veteri hujus Calendario. In hoc enim Scubiculum ad diem illum, quo proinde inter Prætermisissos a nobis jam fuit relatus, novem lectionum Officio, ritu duplici recitando, in ecclesia illa tunc coli indicatur. Nec, quin hodieque ibidem Scubiculum colatur, ullam ob causam, maxime si quæ ibidem servata olim fuere, modo adhuc eastent sacra ejus lipsana, dubitandum reor.*

64 *Quod modo ad Malmundariensem S. Petri seu S. Quirini ecclesiam memoratumque S. Nigasi prioratum spectat, ecclesia illa seu abbatia, quæ, ut Dionysius Sammarthanus tom. 3 Galliæ Christ. auct. col. 724 docet, vix duobus passum millibus a Stabuleto, diocesis Leodiensis abbatia, disjuncta, eosdem, quos hæc, abbates ac fundatorem habuit, in diocesi Coloniensi inter Arduennam Silvam et Leodium ad Warchinnam rivulum in Transmosanis est posita; prioratus vero in insula Mellentina, quæ ab urbe homonyma, tribus leucis Medunta totidemque Pinciaco dissita, erigito*

AUCTORE
J. B.

aliquæ reliquæ

E

F

ac tandem
Malmundari
et Mellenti olim
etiam est factum
modoque
indluæ sit.

AUCTORE
C. B.

exiguæ Sequanæ brachio se jungitur, quæque, quamvis urbs ad Rotomagensem, ad Carnotensem tamen diocesim spectat, est situs. Ambobus hisce locis, quorum alterum Malmundarium, alterum Mellentum brevitatis causa subinde deinceps simpliciter appellabo, Sancti nostri hodieque aut omnes aut partim cultu plane insigni gaudent, certeque si non citius, jam inde ab illo tempore, quo sacræ illorum reliquiæ fuerunt eo delatæ, sunt gavisæ; verum, etsi id, uti etiam præcipuas, quæ e Sanctorum nostrorum corporibus adhuc supersunt, partes Mellenti et Malmundarii modo asservari, apud omnes fere de hoc argumento locutos, in confesso sit, non parum tamen tam quandonam Malmundarium quam quandonam Mellentum sacra illa pignora fuerint delata, controversatur, cumque discussione, ut apparet, res sit non indigna, hanc ego, ut nullis difficultatibus implexam, in hoc Comment. examinabo ac porro dilucidare conabor, simul etiam, cum id opportunum acciderit, de Sanctorum nostrorum apud Malmundarienses et Mellentinos cultu plura, quam modo de hoc dixerim, adducturus; verum, priusquam id faciam, quæ de illorum corporibus aut certe ob ea, quæ infra dicturus sum, horum parte Normannorum metu e vico Vadiniacensi Condatum indeque Wambasium translata ac tandem Rotomagum, metu illo jam dudum cessante, adducta narratur, § seq., quo ratione et via procedam, juverit expendisse.

§ V. Reliquiæ Normannorum metu Condatum et Wambasium delatæ postque, metu illo jam dudum cessante, Rotomagum adductæ.

Sanctorum nostrorum hic memorata reliquiæ metu Normannorum,

Fuisse aliquamdiu ante annum 841 e Vadiniacensi seu prædio seu vico, ubi SS. Nigasio, Quirini, Scubiculi et Pientie corpora fuerant, ut dictum, sepulta, haud modicas horum partes Rotomagum ad suburbanam, ad quam prædium illud spectabat, S. Audoeni abbatiæ translata, indeque ante annum 872 ob Normannorum in Neustriam irrumpentium metum ad eundem vicum reductas, e Riculsi, episcopi Rotomagensis, Charta, num. 49 et seq. huc transcripta, concludendum, uti in hanc num. 51 et seq. observata ostendunt, apparet. Hæc porro deinde, uti etiam, quæ Rotomagum haud fuerant translata, reliquæ fere omnes, nisi forsitan, quæ modo Malmundarii et Mellenti exstant, jam antea, quod infra discutiam, vel ad ambo illa loca vel ad alterutrum ex his fuerint allatæ, Sanctorum nostrorum reliquiæ Vadiniaco Condatum, quod, quemadmodum Pomerayus in abbatiæ S. Audoeni Hist. lib. 4, cap. xi docet, alterum erat pluribus infra memorandum abbatiæ illius prædium, fuere ob eorumdem Normannorum, ferro et igne indersas Galliarum provincias sævientium, metu translata. Id, quæ nunc adducturus sum, dilucide probatum dabunt. Apud Marteneum Thesauri novi Anecdotorum tom. 3. col. 1677

et quinque seqq. exhibetur, quod supra num. D 8 laudavi, quodque, ut ibidem docui, sub sec. xii initium exaratum videtur, quodpiam de B. Nicasio ejusque Sociorum, ut titulus præfert, translatione scriptum, ex Ms. S. Audoeni Rothomagensis annorum circiter 600, ut Marteneus monet, acceptum atque ab auctore anonymo concinnatum.

66 Hic porro, qui se Rotomagensem S. Audoeni monachum non obscure prodit, Vadiniaci in ecclesia SS. Nigasio, Quirini et Scubiculi honorem exstructa, nullo tempore trium horum Martyrum nostrorum corpora quievisse, sub lucubratiunculæ illius, cujus etiam Ms. exemplar, e S. Audoeni Ms. per Pomerayum excerptum, penes nos exstat, initium num. præfatus, ita mox num. 3 prosequitur: Post plurima igitur annorum curricula, effera gens Danorum, barbarico more piraticam exercens, cum ingenti classe Franciæ finem irrumpere et Occiduiæ regionis provinciam, quæ nunc Normannia dicitur, devastando cœpit consumere. Horum ergo infandorum metu gentiliū predicatorum ossa Martyrum sanctaque Pientie cum beatissimi Audoeni præsulis gleba ad vicum Condatensium sunt translata. Ita ille, SS. Nigasio, Quirini, Scubiculi et Pientie corpora Vadiniaco Condatum fuisse translata, luculentissime sane tradens; etsi autem hæc aut certe, quæ Nigasio, Quirini et Scubiculi erant, Vadiniaci usque ad tempus, quo Normanni in Gallias seu Occiduiam harum provinciam, quæ modo Normannia vocatur, irrumpere cœpere, ac proin usque ad annum, quo, ut passim eruditi credunt, id factum, 841 requievisse, non obscure etiam, præfatus, quod dixi, per verba jam recitata indicet, haud propterea tamen is, quæ de SS. Nigasio, Quirini et Scubiculi corporibus ante annum illum Rotomagum partim translatis docuimus, adversari est censendus, dum enim sacrorum illorum pignorum pars Rotomagum tum fuit delata, pars eorumdem altera longe major Vadiniaci remansit; cum autem majori parte denominatio, et quidem merito, soleat desumi ac proin, Vadiniaci anno 841 SS. Nigasio, Quirini et Scubiculi corpora, etiamsi hæc ibidem tunc integra haud amplius fuissent, adhuc requievisse, laudatus scriptor anonymus indicare, veritate nil læsa, potuerit, non est sane, cur nobis, qui, sacra illa pignora ante eundem annum Rotomagum fuisse ex parte delata, supra docuimus, adversari existimetur.

67 At vero SS. Nigasio, Quirini et Scubiculi, itemque SS. Pientie et Audoeni corpora, statim atque Normanni seu Dani in Gallias seu in Occiduiam harum provinciam, postea Normanniæ nomine donatam, cum ingenti classe, quod ut jam dixi, anno 841 factum, eo per Sequanæm appulsi, irrumpere cœpere, Vadiniaco Condatum fuisse translata, aperte etiam verbis jam recitatis videtur indicare; id autem cum Riculsi, Rotomagensis episcopi, charta, num. 49 et seq. huc transcripta, indubie pugnat; in hac enim Riculfus, sese primo ordinationis suæ anno, Christi e supra dictis 872 aut seq., Vadiniacum ad SS. Audoeni, Nigasio, Quirini, Scubiculi et Pientie limina ivisse affirmans, simul sacra horum corpora metu Normannorum ibidem tunc easulasse adjungit, itaque nec Condatum nec alio fuisse delata, haud obscure prodit. Quare, cum Riculsi

ut translatio-
nis illorum
auctor testatur
Vadiniaco
Condatum,

E

F

non quidem,
ut ille indicare
videtur, sub
irrumpentium
Normannica-
rum initium,

A *culfi charta, quæ sacra hæc Pignora, uti e jam dictis nemo non eruet, Vadiniaco Condatum anno 841 translata nondum fuisse ostendit certissime standum hic sit, laudatus anonymus translationis S. Nigassii Sociorumque ejus auctor, dum S. Audoëni juxta ac quatuor Sanctorum nostrorum corpora jam inde ab anno illo seu jam inde ab irruptionum, quas, ut dictum, in Neustriam, Normanniæ nomine postea insignitam, fecere Normanni, initio e vico Vadiniacensi Condatum fuisse translata, indicat, a veritate indubie aberrat. Nec est, quod hic forsân, Sanctorum nostrorum corpora, cum Vadiniaco Condatum anno 841 fuissent translata, e posteriori hoc vico ad priorem ante annum 872 fuisse reducta, hincque, ut illa, cum anno isthoc Vadiniacum Riculfus venit, ibidem tunc exstiterint, factum esse, quis reponat; id enim nec confirmari potest documento ullo antiquo, nec usquam a quocumque assertum invenitur.*

sed, quemad-
modum hic ad-
ducta

68 Ad hæc apud Marteneum tom. 3 The-
sauri Novi Anecdotorum col. 1657 et tribus
segg. quodpiam etiam aliud, quod, uti titulus
præfert, de beati Audoëni translatione et ejus
sacratissimi corporis integritate tractat, quod-
que idcirco ad xxiv Augusti diem, quo de sanctissimo illo Rotomagensi episcopo egimus,
in Opus nostrum jam fuit illatum, recensetur
scriptum, e supra laudato, ut Marteneus
monet, Rotomagensi abbatiæ S. Audoëni an-
norum circiter 900 Ms. prout acceptum; in
hoc autem auctor anonymus, qui non serius,
quam qui S. Nigassii ejusque Sociorum Tran-
slationem scripsit, floruisse videtur, S. Au-
doëni corpus ob Normannorum metum Roto-
mago Wandiniacum, quod, ut, in Commentario
Sancti hujus Actis prævio num. 47
docuimus, anno 841 evenit, a S. Audoëni mo-
nachis fuisse translatum ibidemque miraculis
coruscans annis aliquot requievit præfatus,
sequentem deinde prosequitur in modum: Post
hæc invalescente sævitia paganorum et hostium
dietim crescente exercitu. cum omnis pene Oc-
ciduæ regionis provincia crebris irruptionibus
et incendio depopularetur, prædicti monachi
sancti Audoëni et sanctorum martyrum Nicasii,

C Quirini et Scuviculi corpora ad villam suam
Condatum transtulerent. Ita ille, non obscure
sane, SS. Nigassii, Quirini et Scuviculi corpora
eodem, quo S. Audoëni corpus, tempore Con-
datum fuisse translata, declarans. Ast quid
modo inde in rem nostram? S. Audoëni cor-
pus, quod, ut dictum, anno 841 Vadiniacum
Rotomago fuit portatum, ibidem adhuc anno
872 exstitisse, e supra laudata Riculfi Charta
constat; id autem ex eo, quod, quamvis sa-
crum illud pignus ante annum 872 Vadiniaco
Condatum fuisset translatum, inde lamen an-
te eundem annum Vadiniacum fuisset re-
ductum, accidisse, nemo certe dixerit.

suadent, hanc
ante annum
872 fuerunt
translatæ,

69 Quare, cum S. Audoëni corpus, quod quo
Normannorum furori subduceretur, a Roto-
magensibus abbatiæ, a Sancto hoc dictæ mona-
chis Rotomago Vadiniacum anno, ut dicit, 841
fuerat allatum, ibidem per aliquot annos,
donec tota fere Occiduæ regionis, uti verbis
mox recitatis auctor anonymus proxime lau-
datus loquitur, provincia seu Neustria a Nor-
mannis esset vastata, immo ob jam dicta ab an-
no 841 ad annum ultimum 872 permanse-

rit, nec umquam interea a dictis monachis
Condatum delatum indeque Vadiniacum fue-
rit reductum, fuisse vel ipso anno 841 vel eo
temporis spatio, quod abs hoc usque ad an-
num 872 occurrit, Sanctorum nostrorum reli-
quias, quo Normannorum furori subduceren-
tur, Condatum ab iisdem monachis translata,
indeque Vadiniacum reductas, quis facile in
animum inducat? Quid enim? Anne hi for-
sân S. Audoëni, ad non itidem S. Nigassii,
Quirini, Scuviculi et Pientie reliquias Vadi-
niaci a gentiliū rabie tutas, existimarint,
vel an magis de sacris, quæ horum, quam quæ
Audoëni erant, lipsanis servandis fuerint
solliciti? Tam unum quam alterum ab omni,
ut apparet, veritatis specie abhorret; cum
autem sic habeat, Sanctorum nostrorum cor-
pora Condato, quo fuerint anno 841 delata,
Vadiniacum inde ante annum 872 fuisse re-
ducta, hincque, ut anno isthoc ibidem exsti-
terint, factum esse, verosimile haud apparet;
quare tam quæ Rotomago e S. Audoëni abba-
tia, quo e dictis ante annum 841 fuerant de-
lata, Vadiniacum hoc ipso anno fuerint re-
ducta, quam quæ in posteriori hoc loco reman-
serant, reliqua omnia, nisi forsân, quod su-
pra dixi, quodque infra examinabo, locum
habuerit, Sanctorum nostrorum ossa verosi-
millime ibidem usque ad annum 872 perman-
serint, ac tum demum inde cum omnis pene,
ut laudatus Translationis S. Audoëni auctor
anonymus loquitur, Occiduæ Galliarum re-
gionis provincia crebris irruptionibus et incen-
diis a Normannis vastata esset, Condatum
una cum S. Audoëni corpore fuerint translata;
id autem ante annum 876 ac proin hunc ipsum
annum inter et annum 872 factum videtur.

70 Anno enim, ut supra vidimus, 872 Ricul-
fus, Rotomagensis episcopus, Vadiniacum
venit; cum in autem, Sanctorum nostrorum
corporatum temporis ibidem exstitisse, in Char-
ta post data supraque huc transcripta diluci-
de prodat, sic illa haud amplius, cum hanc da-
ret, ibidem exstitisse, indicare videtur; quare,
cum Riculfus ultra annum 875 vitam haud
protraxerit, ac proin Chartam illam ante an-
num 876 dederit, consecrarium est, ut San-
ctorum nostrorum corpora anno isthoc Vadi-
niaci haud amplius exstiterint, ac proin ut
inde inter annum 872, quo e dictis ibidem
adhuc erant, et annum 876 Condatum fue-
rint translata. Verum, etsi sic habeat, ac proin
in tempore, quo id factum, determinando in-
dubie, uti e jam dictis consequitur, anonymus
Translationis Sanctorum nostrorum scriptor,
qui sub Normannicarum in Neustriam irrup-
tionum initium rem gestam prodit, errarit,
eam tamen, quæ verbis, num. 66 huc transcri-
ptis, de S. Quirini corpore magna ex parte
reliquiarumque SS. Nigassii et Scuviculi por-
tione Malmudarium, cum Sanctorum nostro-
rum corpora Condatum nondum diu fuissent
delata, summa cum veneratione inde aspor-
tatis mox subjungit, veritati videntur appri-
me consona, uti infra, cum de tempore, quo
sacra illa pignora cum Malmudariensibus
fuerint communicata, disputaturus sum,
ostendam. Nec, instituto licet accurato ac
severo examine, invenire quidquam quivi, in
quo erroris insimulari merito queat, dum de-
inde, quod e SS. Nigassii, Quirini et Scuviculi
corporibus,

harumque post
pars Condato
Wambasium
primo

AUCTOR
C. B.

corporibus, Malmundarium, ut dicit, horum parte delata, remanserat reliquum, e Condatisenico seu prædico ad abbatiam S. Audoeni prædium aliud, a vico, nomine Wambasio, qui id complectebatur, quique tunc Orientali Franciæ seu Lotharingiæ innoxius modo ad ducatum Luxemburgensem ac diocesim Trevirensensem spectat, Wambasii appellatione, ut Pomerayus in abbatia illius Historia lib. 4, cap. 12 docet, tum distinctum postque in prioratum, quem Vallemmonachorum nuncupavere, mutatum, a S. Audoeni monachis, Condatis tunc commorantibus, fuisse translatum, indeque tandem, cum e prioratu illo fuisset furtim aut certe clanculum surreptum, Rotomagum anno 1032 adductum, memorie prodit.

anno incom-
perio delata ac
dein anno
1052

71 Sane S. Nigasio ejusque Sociorum reliquias seu, quam dicit, harum partem Wambasium fuisse translata, in Translationum S. Audoeni Historia, Operis nostri tom. IV Augusti a pag. 820 inserta, litteris etiam consignatum invenio; verum nec Historiæ istius nec Sanctorum nostrorum Translationis auctor quidquam suppediat, unde vel utcumque annum, quo circiter gestum id fuerit, elicias. Rem quidem, ingruente inedia seu fame, evenisse, duorum istorum auctorum prior scribit; verum, cum seculo IX frequentissime in Gallias irrumpentibus ferroque et igne omnia vastantibus Normannis, tam ante quam post annum 872, ante quem, ut dictum, Sanctorum nostrorum reliquiæ Vadiniaco Condatum translatae haud fuerunt, inedia seu fame non raro laboratum pluribus locis fuerit, enimvero ea eo, quod Sanctorum nostrorum quas dixi, reliquiæ Wambasum Condato, inedia ingruente, fuerint delatae, haudquamquam annus, quo circiter id factum, determinari potest, cumque nec aliud quidquam, e quo, quondam circiter res gesta sit, vel lato modo definias, invenitur, annum illum omnino incomperitum manere necesse est. Ast, etsi id ita sit, res tamen, quantum ad annum, quo, quæ Wambasium fuerant delatae, Sanctorum nostrorum reliquiæ, Rotomagum inde, Normannorum metu jam dudum cessante, fuerint adductæ, secus habet. Id enim anno 1032 factum, Sanctorum nostrorum Translationis auctor disertè nos docet, cumque omnia, quæ de hoc argumento seu de SS. Nigasio, Quirino et Scubiculi reliquiarum parte Wambasium primo ac deinde Rotomagum anno isto delata tradit, optime, ut apparet, habuerit perspecta, nec, quæ scribit, difficultatibus ullis sint implexa, ea ego, tum quod ad SS. Nigasio, Quirino et Scubiculi gloriam non parum conducant, tum quod infra usui futura adhuc sint, modo hic lectoris oculis, prout apud Marteneum loco supra cit. exstant, narrationis serie non interrupta, subijcio.

Rotomagum,
ut diserte ver-
bis, quæ hic

72 Verba quibus ibidem concipiuntur, sequentia hæc sunt: Interea monachi Condatisenium ingruente inedia, beatorum martyrum Nicasii ac Scubiculi (in Ms. nostro additur: corpora) cum reliquiis beati Quirini ad Orientalem Franciæ plagam, quæ Lotharingia nuncupatur, in locum nostræ possessionis, qui Wambasius dicitur, detulerunt; ibique requieverunt usque ad tempora Henrici regis Francorum. Hac tempestate venerabilis abbas nomine Henricus beati Audoeni cœnobio Rothomagensi præerat, sub quo non minima monachorum turba vero regi Christo regulariter milita-

bat. Erat inter eos quidam senior, vocabulo D Genricus, etate provecus et consilio maturus, qui ab eodem patre ad locum, quem prædiximus, pro monasterii utilitate legatur. Qui cum pretiosissima Christi Militum membra ad præsens quidem pro conditione resoluta, sed generali resurrectione insolubili compage reparanda et gloria immortalitatis decoranda, neglectui ibidem haberi conspiceret, nec competentium ministrorum officio frequentari, ut dignum erat, adverteret; decrevit omnino ea ad sum transfere monasterium, si tamen Dei omnipotentis, in cuius manu sunt omnia, concederet arbitrium.

73 Quapropter præpropere regressus, abbati suo causam innotuit; a quo confectim redeundi accepit mandatum, insuper et solatium ad id, quod deliberaverat, perficiendum. Timens autem senior, ne ab incolis loci, quibus sancti Martyres adprime erant venerationi et gloriæ, si id palam fieret, impediretur, aut popularium factione ac tumultu ab inceptis omnino frustraretur, intempestæ noctis silentio ad locum, quo tantum thesauri servabatur, clanculo cum suis accedit; fractisque oculis et sanctorum martyrum Nigasio ac Scubiculi corporibus cum sancti Quirini reliquiis reverenter assumptis oculis inde recessit. Fertur etiam, quia cum illud, ubi jacuerant, feretrum referare conarentur, unus ex eo clavus longo exiliens disparuit. Unde admodum exterriti, ne forte id comperit foret indicio latentis operis, Domini invocantes auxilium, omnia, uti invenerant, decenter composita reliquerunt.

74 Igitur prælibatus heros maximis refertus gazis, divina se comitante gratia, iter arripuit, et, prospero calle confecto, Rothomagum pervenit, præmissoque abbati nuncio, adventus sui causam patefecit. Facta itaque hujus rei cognitione, honorabilis ejusdem urbis pontifex, nomine Robertus, cum universis tam ecclesiastici, quam monastici Ordinis agminibus festivo cultu Sanctorum reliquiis obviam processit cum magnis laudum præconiis, uti congruebat triumphatoribus et amicis Dei, qui laverunt stolas suas et candidas eas fecerunt in sanguine Agni. Erat enim gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, cum sanctissimi presulis et invictissimi Martyris eo rediret corpus exanime, quo quondam vivens in carne pervenire non potuit gloriosa præventus passione. Prævenit quippe triumphus martyrii officium sacerdotis; et laudem hominum obsequium præcessit angelorum. O gloria Pontificis, qui sui pontificatus exordium sanguine proprio consecravit, et pro salute gregis seipsum velut aries electus sacrificio prælibavit.

75 Reverendissimus igitur pater Henricus cum suorum collegio monachorum, dominus etiam Isembertus abbas cœnobii sanctæ Trinitatis de vicino monte, genere Teutonicus, liberalibus disciplinis eruditissimus, et in omni religione probatissimus, cum aliis pluribus religiosioribus viris, præsentem inclito duce Northmannorum Roberto, Richardi Secundi filio, cum suis optimatibus et plurima utriusque sexus multitudine suscipientes beatorum Martyrum pignora, balsami et thuris odore fragrantia, cum hymnis et anticis spiritualibus in ecclesia beati Petri Apostolorum principis, sanctique Audoeni eximii confessoris honorifice deposuerunt anno Domini Incarnationis millesimo tricesimo

narrationis se-
rie

E

non interrupta
lectoris oculis

F

subijciuntur,
idem auctor
tradit, fuit ad-
ducta;

mo

A mo secundo, pridie Idus Decembris; ubi per eorum merita Domini ac Salvatoris gratia cunctis fideliter petentibus plurima impertire dignatur beneficia. Qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto in Trinitate perfecta vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen. Ita SS. Nigasii, Quirini et Scubiculi reliquiae, quae Condati, translata inde harum parte Malmundarium, superfuere, Wambasium primo delatae ac deinde Rotomagum adductae, in celeberrima ibidem S. Audoëni abbatis depositae fuisse ab anonymo, cujus de Sanctorum nostrorum translatione lucubratio apud Marteneum loco supra cit. constat, auctore narratur, nec in jam datis, quibus id fit, verbis quidquam, ob quod fides ei abroganda sit, occurrit.

etsi autem is, dum id facit, fide indignum esse haud red- dat,

76 Isembertum quidem, quem cœnobii sanctissimæ Trinitatis abbatem appellat, anno demum 1033 abbatis benedictionem consecutum esse, Gallix Christ. auctæ Scriptores tom. xi col. 126 affirmant; verum nihil obstat, quo minus hic ad cœnobii illius, anno 1030, ut iidem scriptores ibidem col. 125 docent, dedicati regimen jam inde ab anno 1032, quo sacra trium istorum Martyrum nostrorum lipsana Rotomagum fuerunt adducta, assumptus fuisse hincque ejusdem abbas ab auctore nostro appellari credatur; quod autem ad reliquias, sub quibus veneranda illa pignora Rotomagum anno 1032 advenisse refert, personas illustres spectat, tum Henricum, nominis hujus primum, in Galliis regnasse, Robertumque, Richardi secundi filium, Normanniæ ducatum tenuisse, e Galliarum historiographis passim obtiis omnino constat, nec ex iis, quæ tom. proxime cit. Gallix Christ. auctæ Scriptores adducunt, episcopum, nomine Robertum, ecclesiæ Rotomagensis abbatemque, nomine Henricum, S. Audoëni abbatis tum præfuisse, minus est certum. Quid plura? Non est etiam, cur nostri istius scriptoris anonymi fides suspecta habeatur ex eo, quod, ut apparet, furto interveniente, rem, de qua hic, gestam, narret; undecimo enim, ad quod hæc spectat, seculo viri non pauci etiam religiosi, Sanctorum reliquias e locis sacris furto surripere, religioni minime ducebant, cumque Vallis-monachorum seu vicus seu prioratus a Rotomagensi S. Audoëni abbatis dependeret, quaecumque furtum, quo inde, imperante hujus abbate, SS. Nigasii, Quirini et Scubiculi, ne neglectui haberi pergerent, reliquiae ablatae fuere, potest videri excusatione utcumque dignum.

reliquias tamen S. Pientiae, quarum ibidem haud meministi. Wambasium primo

77 At vero, etsi idem is noster scriptor anonymus, tam S. Pientiae, quam SS. Nigasii, Quirini et Scubiculi sacra lipsana Vadiniaco Condatum Normannorum metu translata, verbis num. 66 huc transcriptis mox narret, postea tamen, dum reliquiarum, quæ trium horum posteriorum Martyrum erant, partem unam Malmundarium alteraque Wambasium seu ad Vallem-monachorum delatam, refert, nullam amplius vel S. Pientiae vel reliquiarum ejus mentionem facit; ita autem Wambasium hæc translata haud fuisse, suspicandi ansam præbet; ast an vere id haud factum recte adeo is ibidem S. Pientiae ejusque reliquiarum haud meminisse est censendus? De SS. Nigasio, Quirino et Scubiculo eorumque sacris eorundem potissimum loqui sibi is videtur habuisse propositum, hincque facile factum reor, Octobris Tomus V.

ut, cum SS. Nigasii, Quirini et Scubiculi, non autem etiam veritate sic exigente, S. Pientiae, reliquiarum partem Malmundarium fuisse delatam, commemorare deberet, sermone hinc ad illos solos delapso, haud amplius S. Pientiae reliquiarumque ejus meminerit, etsi interim non minus hæ, quam quæ e SS. Nigasii, Quirini et Scubiculi reliquiis, Malmundarium harum parte asportata, Condati supererant, Wambasium inde fuissent delatae. Idem auctor anonymus, tam S. Audoëni, quam SS. Nigasii, Quirini et Scubiculi sacra lipsana Vadiniaco Condatum translata, verbis supra num. 66 huc transcriptis mox memorat, postque tamen, dum trium horum Martyrum reliquias partim Wambasium asportatas, refert, nullam amplius Audoëni reliquiarumque ejus mentionem facit; uti autem, etsi sic habeat, Wambasium nihilominus, quemadmodum apud nos ad xxiv Augusti diem in Comment. Sancti hujus anti-stitis Actis præcio num. 49 videre licet, S. Audoëni corpus fuit delatum, ita etiam S. Pientiae reliquiae fuerint eo verosimillime delatae.

78 Imo vero cum post Wambasii mansisse inde ad locum, ab urbe Rotomagensi distinctum, asportatae fuisse haud legantur, eas ego una cum supra memorata SS. Nigasii, Quirini et Scubiculi reliquiarum parte Rotomagum etiam anno 1032 adductas, ibidemque in S. Audoëni abbatis depositas pariter fuisse, verosimile opinor. Nec deerit forsitan, qui hinc, eo ipso demum anno 1032 aut etiam aliquanto post, non autem, uti supra dictis Davanneus vult, jam inde a sec. vii, tam S. Pientiae, quæ Rotomagi in S. Candidi veteris, olim exstiteret, quam S. Nigasii, quæ hodieque in hujus ecclesia ibidem existunt, reliquias fuisse ad utrumque hunc locum sacrum allatas, modo etiam suspicetur. At vero, sciscitabere nunc forsitan, quid tandem de sacris SS. Nigasii, Quirini, Scubiculi verosimiliterque etiam S. Pientiae eorundem, Wambasio seu ex Valle-monachorum Rotomagum anno 1032 adductis, est factum? Qui furentes Calvinistæ anno 1562 Rotomagense S. Audoëni monasterium expilarint ac plerasque ibidem asservatas Sanctorum reliquias igne absumperint, Pomerayus, in monasterii illius Historia lib. 2, cap. 26 lamentabili narratione exponens, sacris illis lipsanis S. Nigasii brachium, thecæ aureæ, gemmis triginta ornatae, inclusum, reliquiasque S. Scubiculi, in theca altera, auro et argento distincta, asservatas, Farino hisce etiam S. Quirini reliquias lipsanothecæ tertiæ pariter inclusas adjiciente, accenset.

auctor C. B.

ac dein Rotomagum translatae etiam fuisse,

F

79 Etsi autem et ibidem, et, dum cap. seq. de paucis, quæ hæreticorum illorum manus tum evasere, reliquiis loquitur, nullam plane reliquiarum S. Pientiae mentionem faciat, hinc tamen quæ Condati fuerant, Sanctæ hujus ossa seu lipsana haud fuisse Wambasium delata, indeque Rotomagum anno 1032 adducta, argui non est. Pomerayus enim Sanctorum reliquiis, quas anno 1562 a Calvinistis in Rotomagensi S. Audoëni monasterio combustas, loco mox cit. ait, plures etiam a jam supra dictis diversas S. Nigasii ejusque Sociorum, quibus, ut ante docui, S. Pientia ab Usuardo accensetur, reliquias, lipsanothecæ, ex auro et argento factæ, inclusas ibidem annumerat. Adhæc

verosimile apparet.

accrona
C. B.

quid si sacræ S. Pientie reliquie, quæ Rotomagum anno 1032 fuerint adductæ, inde ante annum 1562 alio fuerint avectæ, sintque illæ ipsæ, quæ modo Mellenti asservantur, eo una cum SS. Nigasio, Quirino et Scubiculi, quæ ibidem pariter hodieque asservantur, reliquiis Rotomago, cum ibi aut annis circiter triginta, aut pluribus etiam existissent, post annum 1060 allatæ. Fuisse quidem universa isthæc sacra pignora diu etiam ante annum 1032 Mellentum advecta ac proinde Rotomagensibus Sanctorum nostrorum reliquiis haud accepta, Davanneus aliique contendunt; ast contrarium vero esse simillimum, Arturus a Monasterio in Neustria Pia pag. 332 arbitratur; sine autem ei, an non, hac in re assentiendum, lectoris erit ex iis, quæ § seq. adducam, dispicere.

§ VI. Quandonam, quæ Mellenti exstant, Sanctorum nostrorum lipsana fuerint eo delata.

Quænam sint,
quæ hodieque
Mellenti ex-
stant,

In tempus, quo Sanctorum nostrorum reliquie, in Mellentino S. Nigasio prioratu hodieque asservatæ, delatæ eo fuerint, inquiritur, in antecessum, quæ quantæque hæc sint, quo sic de hoc argumento modo dicendis via planior sternatur, expono. Præcipua ex omnium quatuor Sanctorum nostrorum corporibus ossa, Hierothecis totidem diversis triaque præterea SS. Nigasio, Quirino et Pientie capita, Hierothecis pariter totidem diversis inclusa, Mellenti seu in S. Nigasio prioratu asservari, Davanneus, qui, quemadmodum supra docui, res, a Sanctis nostris gestas, martyriumque, abs hisce toleratum, litteris mandavit, in secunda lucubratiuncula, qua id fecit, parte de sacris eorum reliquiis, miraculis et insigni apud Mellentinos cultu tractans, loco non uno ac præsertim cap. 51, 64 et 75 docet. Verum etsi is scriptor, qui, Mellenti natus, ibidem etiam S. Nigasio prioratum beneficium nomine tenuit, supra memoratas Sanctorum nostrorum Hierothecas studiosissime, uti ipsemet declarat, sit perscrutatus, omniaque et singula in hisce contenta illorum ossa examinavit atque inspeverit, haudquaquam tamen, quæ de præcipuis corporis S. Quirini ossibus ipsoque etiam capite Mellenti asservatis prodit, indubitanter, nisi de capitis parte ossibusque corporis haud admodum multis exponantur, admittenda opinor. Ea sedet sententia, quod, quemadmodum infra docebo, S. Quirini corpus aut integrum aut certe magna ex parte una cum ejusdem capite hujusve saltem ob infra dicenda parte Malmundarii asservari, e vico seu prioratu Condatensi, cum seculo IX media sui parte jam dudum esset elapsum, eo allatum, appareat indubitatum.

Sanctorum no-
strorum sacra
lipsana, expo-
nitur;

§1 Quid si S. Scubiculi caput pro S. Quirini capite per errorem a Mellentinis accipitur? Enimvero id mihi, cum nusquam, quo loco S. Scubiculi caput existat, litteris mandatum inveniam, abhorre a veri specie haud videtur. Aurelianenses quidem S. Scubiculi corpus sibi e jam dictis adscribunt; verum hi,

uti ex infra dicendis intelliges, partem pro toto accipiunt, hancque esse caput, nihil suadet. Ut ut interim sit, ea equidem, quæ de S. Quirini reliquiis Davanneus ait, nequaquam, ut jam dixi, indubitanter, nisi sensu modo explicato accipiantur, sunt credenda; quod autem ad SS. Nigasio, Scubiculi et Pientie reliquias jam spectat, præcipua sane horum ossa, ipsaque etiam SS. Nigasio et Pientie capita aut horum saltem (capitis enim S. Pientie pars apud Rupem-Guidonis asservatidicitur) majorem partem Mellenti haberi, Davanneo asseveranti credo, ita scilicet animo comparatus, quod nihil, impedire natum, quo minus id faciam, usquam inveniam. Rotomagi quidem S. Nigasio verticem seu caput asservari, Saussayus hac die in Martyrologio suo Gallicano indicare videtur; verum id nec ab antiquitatum Rotomagensium auctore supra laudato, nec a Dadreo aut Farino nec denique ab illis scriptoribus aliis, qui de Nigasio ejusque reliquiis tractant, assertum reperio, cumque in aliis, quæ de Sanctorum nostrorum reliquiis Martyrologus ille scribit, plus vice simplice, ut visuri sumus, a veritate aberrasse videatur, certe ego in re, de qua hic sermo, non illi, sed Davanneo assentiendum reor ac modo, hisce præmissis, in tempus, quo, quæ Mellenti hodieque exstant, allata eo fuerint Sanctorum nostrorum sacra lipsana, inquirere aggredior.

§2 Tres de hoc circumferuntur sententiæ; quarum prima, ad SS. Nigasio, Quirino et Scubiculi reliquias tantummodo sese extendens, statim a pace post persecutionum procellas Ecclesie reddita, secunda, sub Normannorum in Gallias irruptionum initium seu circa annum 842, ac tertia denique, aliquamdiu post annum 1060 rem gestam, statuit. Priorem amplectus est sequentibusque hisce in Martyrologio suo Gallicano Saussayus hodie proponit verbis: Cæterum Athletarum Christi (Nigasio videlicet, Quirino et Scubiculi) quiescentia illic (in Vidiniaciensi insula) extra furentium impetus corpora, Pientia femina nobilis, quam face supernæ lucis irradiaverant, magna cum reverentia sepelivit. Quæ primum post sedatos persecutionum turbines, divinitus insignita prodigiis, ad Meulantum oppidum, ubi divini Præcones Evangelii primitias disseminaverant, honorifice translata in delubro, sancti Nigasio memorie propterea consecrato, multa religione condita sunt. Ita laudatus Martyrologus; verum SS. Nigasio, Quirino et Scubiculi, itemque S. Pientie, corpora Vadiniaci, ubi fuerant sepulta, usque ad annum 841, imo vero ut minimum etiam usque ad annum 872 quiescisse, nec nisi quæpiam illorum ossa ante dictum annum 841 sive a S. Audoeno sive ab alio quocis Rotomagum fuisse translata, ex iis, quæ § proxime prægresso disputata sunt, perspicuum apparet, uti quisque, qui hæc consideraverit, facile, ni fallar, agnoscat; cum autem sic habeat, Saussayus sane, qui præterea, quæ dicit, nullo firmat testimonio antiquo, audiendus hic non est; neque vero scriptorem ullum, qui illius ea in re opinionem sit secutus, invenire hactenus quivi.

§3 Quare nihil superest, quam ut, hac insuper habita, duas reliquias supra propositas modo etiam examinemus. Abs harum priorum, cujus author videtur Davanneus, tunc initium.

hæc eo non sta-
rim, ut Saus-
sayus vult, a
pace Ecclesie
reddita,

F

nec, ut Da-
vanneus, ejus
opinio

A tium. Hic Sanctorum nostrorum biographus, Rotomagenses S. Audoëni monachos, Normannis anno 842 seu potius ob jam supra dicta anno 841 in Gallias irrumpentibus, Condatum ac demum Wambasium seu ad Vallem-monachorum, fuga arrepta, S. Audoëni corpus ac quidquid penes ipsos reliquiarum S. Nigassii aliorumque Sanctorum fuit, detulisse, hasque deinde, cum posteriori illo loco diu quiescissent, annodemum 1032 Rotomagum adductas ibidemque magna cum solemnitate depositas, anno tandem 1562 ab Hæreticis, susdeque omnia sacra Rotomagi cententibus, combustas fuisse, cap. 51 præfatus, mox deinde, tum temporis seu irrumpentibus dicto anno 841 aut, ut scribit, 842 in Gallias Normannis, Mellentinum comitem, qui per uocorem suam Vadiniaci erat Dynasta, solerter ac provide, ut, quæ ibi erant, præcipua SS. Nigassii, Quirini, Scubiculi et Pientie ossa Mellentum deferrentur, ibidemque in æde, quam insula, exiguo dumtaxat, ut jam supra docui, Sequanae brachio ab urbe illa sejuncta, complectebatur, sanctissime virgini Mariæ dedicata deponerentur, curasque, subjungit: cum autem post, Sanctorum nostrorum præcipua, de quibus hic loquitur, ossa esse ea ipsa, quæ hodieque Mellenti seruantur, loco non uno indicet, Mellentum hæc dicto anno 812 seu potius, ut jam monui, anno 841, si tamen Nigassii caput, minoraque aliquot ossa, quæ, ut infra videbimus, serius eo delata ait, exceperis, e vico Vadiniaciensi per comitem Mellentinum fuisse adducta, non obscure prodit.

rationibus

84 Verum id, quod, si locum habuisset, seculis octo circiter Davannei ætatem fuisset prægressum, scriptori huic absque vade asserenti, quis credat? Nemo certe, qui, quæ de rebus adeo antiquis a scriptoribus recentioribus sine antiquiorum testimonio proferruntur, e notissimo Baronii effato merito contemni, considerarit. Ad hæc sacra illa lipsana Mellentum, seu ad insulam, urbi huic vicinam, quo certius Normannorum furori subducerentur, fuisse tum a comite Mellentino e vico Vadiniaciensi translata, Davanneus loco cit., ait; verum a gentilibus istis, Sequana in Neustriam ingressis certeque classe sua prope dictam insulam, nulla tunc, ut ipsemet is scriptor fatetur, arte humana munitam, transituris, tutiores in hac, quam in remotiori a fluvio isto Vadiniaciensi vico, futuras SS. Nigassii, Quirini, Scubiculi et Pientie reliquias, persuasum sibi habere Mellentinus comes qui queat? Id enimvero ego haud satis perspicio. Quod si enim tunc Vadiniaci magis, quam in Mellentina Normannorum insultibus continuo certe exposita insula, a barbaris illis fuerit timendum, qui, quæso, factum, ut Rotomagenses S. Audoëni monachi, prout fecisse illos § proximè prægresso vidimus, S. Audoëni corpus, quo id ethnice illius gentis furori subducerent, Vadiniacum eodem dicto anno 841 aut, si mavis, 842 detulerint, ibidemque sacrum illud pignus ad annum ut minimum 872 reliquerint?

in medium hic adductis

85 Futurum quidem, ut Mellentina insula a Normannis maneret intacta, Mellentinum comitem ex eo, quod et gentiles isti torrentis in modum per regiones, ruspam fisco pede, tantummodo transirent, et locus ille pauperes

dumtaxat piscatorum casas, prædandi cupidinem excitare minime natas, complecteretur, prævidisse, Davanneus adjungit: verum cum equidem in dicta insula, ipsomet scriptore isthoc fatente, sita fuerit, in qua Sanctorum nostrorum ossa, Vadiniaco allata, Mellentinus comes locavit, ecclesia Sanctissime Virgini Mariæ sacra, barbarique illi, spe prædæ allecti, loca sacra præ ceteris diripere ac devastare solenne haberent, enimvero, futurum, ut dicta ædes sacra, insulaque hanc complectens, a gentis efferae insultibus ac direptione maneret immunis, Mellentinum comitem ex eo, quod Davanneus ait, non dicam, prævidere, sed vel sperare merito potuisse, verosimile haud apparet. Quod si quis, Mellentinum comitem, firma in SS. Nigassium, Quirinum, Scubiculum et Pientiam fiducia impulsus, sacras horum exuvias Mellentum, ut locus potenti eorumdem patrocinio a dictorum barbarorum furore servaretur immunis, Vadiniaco tum transtulisse, assereret, vero forsitan posset haud absimilis videri ejus oratio; ast quo minus vel ex hoc vel ex alio quovis fine Sanctorum nostrorum, quæ Mellenti hodieque existunt, sacra lipsana, Normannis in Neustriam anno 841 irrumpentibus, delata eo fuisse credantur, supra sæpius jam laudata Riculfi, Rotomagensis episcopi charta sæpiusque itidem supra laudatus translationis Sanctorum nostrorum Scriptor anonymus impediant.

acrotone C. B.

86 Riculfus enim, primo ordinationis suæ anno, Christi, ut jam plus semel dictum, 872, SS. Audoëni, Nigassii, Quirini, Scubiculi et Pientie corpora apud Vadiniacum Villam adhuc exstitisse, luculenter, ut supra docui, in charta illa prodit. Nec est, quod reponas, a Riculfo per SS. Nigassii, Quirini, Scubiculi et Pientie, de quibus loquitur, sacrosancta corpora minores dumtaxat seu minus præcipuas horum partes, non autem corpora integra, intelligi; Riculfus enim eodem modo, quo ibidem de hisce, de S. Audoëni corpore etiam loquitur; cum autem, ut nemo non fatebitur, per sacrum isthoc pignus, non minores dumtaxat seu minus præcipuas hujus partes, sed corpus vel omnino vel saltem fere integrum a Rotomagensi illo archiepiscopo intelligatur, ut quid abs hoc per Sanctorum nostrorum, de quibus loco cit. loquitur, corpora minores dumtaxat seu minus præcipuas horum partes, non autem etiam corpora, vel omnino vel saltem fere integra intelligi, putemus? Quod modo ad anonymum translationis Sanctorum nostrorum scriptorem spectat, hic per ea, quæ lucubrationis suæ apud Marteneum (supra a me num. 65 dicta videsis) num. 2 et 3 memorat, SS. Nigassii, Quirini et Scubiculi, imo et Pientie, corpora Vadiniaci usque ad tempus, quo inde Normannorum metu Condatum fuere translata, ac proin, uti hinc consecrarium supra ostendi, usque ad annum ut minimum 872 quiescisse, non obscure prodit; abs illo autem parte pro toto non accipi seu per Sanctorum nostrorum, de quibus loquitur, corpora non minores dumtaxat seu minus præcipuas horum partes, sed corpora vel omnino vel certe propemodum integra intelligi, mihi apparet vix non certum.

ac præsertim e Riculfi Charta anonymique

87 Postquam enim, Sanctorum nostrorum ossa Vadiniaco Condatum Normannorum metu fuisse

AUCTOR
C. B.
scriptore hic
memoratis
confutatur,
contendit.

fuisse translata, narravit, mox subjungit, post pauci temporis interstitium B. Quirini corpus magna ex parte et ex reliquiis beatorum Nigassii ac Scuviculi ad locum, qui Malmundariensis dicitur, summa cum reverentia asportantur, ac deinde, nonnullis, quæ huc non spectant, interpositis, sequentem in Ms. nostro loquitur in modum: Monachi Condatisium, ingruente inedia, beatorum martyrum Nigassii, ac Scuviculi corpora cum reliquiis Beati Quirini ad Orientalem Franciæ plagam, quæ Lotharingia nuncupatur, in locum nostræ possessionis, qui Wambasius nuncupatur, detulerunt; cum autem, uti e duobus hisce illius textibus liquet, S. Quirini corpus, majori hujus parte Malmundarium delata, reliquiarum dumtaxat, contraque SS. Nigassii et Scuviculi corpora, minori dumtaxat horum parte ad eundem locum delata, corporum appellatione distinguat, id enimvero, abs illo per corpora, non minores seu minus præcipuas horum partes, sed corpora vel omnino membris omnibus integra vel saltem majori horum parte constantia intelligi, argumento est perquam valido, ac pene indubitato. Quare, cum omnium quatuor Sanctorum nostrorum aut certe Nigassii, Quirini et Scubiculi corpora, dum ea usque ad tempus, quo Condatum fuere translata, seu e dictis usque ad annum ultimum 872 Vadiniaci quiescisse loco supra cit. prodit, non reliquiarum sed corporum appellatione distinguat, certe et is, qui, ut supra docui, sec. XII initio floruit, et simul e dictis Riculfi charta obstat, quo minus præcipua Sanctorum nostrorum ossa jam inde ab anno seu 842 seu 841 Mellentium credantur translata.

sub Norman-
nicarum in
Neustriam ir-
ruptionum ini-
tium,

88 Nec quidquam usquam sat solidi, quo Davanneo, id asserenti, fides concilietur, invenire quivi; subinde quidem is scriptor in sua de Sanctis nostris lucubratione citat Mss. antiqua; verum quæ qualitate et an fide omnino digna hæc fuerint, non edicit, cumque, etsi iis instructus, in errores non paucos, uti ex infra dicendis intelliges, sit prolapsus, mihi vel ea eo evadunt suspecta. Nec, ut præcipua Sanctorum nostrorum ossa jam inde ab anno 842 aut 841 Mellentium delata, credam, me movere queunt Farinus et Pomerayus; etsi enim hi juxta ac aliquot adhuc recentiores scriptores alii Davanneo, id asserenti, assentiantur, nullum tamen etiam ipsi antiquum fideque dignum, quo, quod hic ait, confirmetur, documentum allegant. Rite itaque ac sedulo hisce omnibus modo expensis, mihi e tribus supra memoratis de tempore, quo, quæ hodieque Mellenti asservantur, Sanctorum nostrorum ipsana delata eo fuerint, sententiis seu opinionibus præplacet tertia, qua id nec statim a pace, post persecutionum procellas Ecclesiæ reddita, nec Normannicarum in Neustriam irruptionum initio seu anno circiter 841, sed certo quidem haud ante annum 1032 probabiliterque etiam haud ante annum 1060 factum statuitur.

sed, quemad-
modum, tran-
scriptis, quæ
huc

89 Eam Arturus a Monasterio in Neustria Pia pag. 332, postquam SS. Nigassii et Scubiculi corpora una cum S. Quirini reliquiis Wambasio Rotomagum anno 1032 fuisse adducta narravit, amplectitur sequentibusque hisce, quæ huc joverit transcripsisse, proponit verbis: Itaque nulli dubium videtur præfatorum sancto-

rum Martyrum (imo et S. Pientie) sacra pi-
gnora, postmodum exinde (Rotomago videlicet) Mellentium fuisse translata, cujus causam ipse Davanneus sic aperit. Quod, cum Valerannus, Mellentinus comes, partes Henrici, regis Francorum, sequutus, in conflictu Varavillano captus fuisset a duce Normanniæ ann. 1060, votum emisit Deo et ipsis SS. Martyribus, quos præcipua devotione venerabatur, de ecclesia ædificanda in eorum memoriam, si ad eorum preces ab omnipotente Deo libertatem consequeretur; cujus pia petitio * mox cælitus exaudita, ann. 2, suæ captivitatis liber evasit. Tunc memor si promissi fundamenta jecit ecclesiæ ac prioratus in honorem S. Nicasii et Sociorum apud Mellentium; quod oppidum nobilissimum est ad Sequanam fluvium diceces. Rothomagens. locus vero, huic novæ structuræ designatus, fuit in insula Mellentina; ubi jam extabat ædicula quedam, virgini Deiparæ dicata; quæ * solo æquata, alia insignis basilica inibi constructa est sub nomine ejusdem Deiparæ Virginis, et S. Nicasii ac Sociorum martyrum.

90 Tum anno 1067, rectius anno 1076, imo vero ob infra dicenda rectius etiam anno 1077 aut alio posteriori, die xxviii Octob. solemniter Deo dicata per Gaufridum, Carnotens. episcopum, ad quem spectat hujusmodi insula. Hujusce rei gratia, probabile est, ipsum Valerannum comitem sacra SS. Martyrum ossa Nicasii et Sociorum non sine instantia magna obtinuisse et Rothomago Mellentium adherenda curasse in hæc novam ecclesiam; quæ postea magnis exornata est miraculis, ad intercessionem horum Sanctorum divinitus editis; et ingentibus prædiis, terris ac possessionibus ditata amplissimis, tum a comitibus et vicecomitibus Mellentinis, tum a proceribus et optimatibus provinciæ: quæ omnia ultro confirmarunt et ampliarunt reges Franciæ et Angliæ ac duces Normanniæ; sed et summi Pontifices, archiepiscopi Rothomagenses nec non episcopi Carnotenses eundem locum multis privilegiis, gratis, indulgentiis aliisque favoribus illustrarunt, quorum tesseram late prosequitur Davanneus. Hactenus laudatus scriptor, sacrosancta SS. Nigassii, Quirini et Scubiculi ac proin ob supra dicta et S. Pientie ipsana, quæ hodieque Mellenti exstant, fuisse eo occasione, quam exponit, ac proin non nisi post annum 1060 delata, probabile pronuntians.

91 Verum, priusquam hac de re, quæ huc potissimum spectat, lectori, quæ dicenda duco, proponam, in antecessum, fuisse re etiam ipsa, ut verbis recitatis ab ipso statim horum initio ait, sacra ista pignora Rotomago Mellentium allata, idque proinde certe haud citius quam anno 1032 factum, sequenti modo ostendo. Fuisse SS. Nigassii et Scubiculi corpora una cum S. Quirini reliquiis Wambasio Rotomagum anno 1032 adducta, dilucide, ut supra vidimus, anonymus Translationis Sanctorum nostrorum auctor apud Marteneum loco supra assignato docet; cum autem is scriptor, quo certe, cum omnibus hac de re locutus, et antiquior sit et præstantior, hic standum, partem pro toto, ut jam supra ostendi, non accipiat seu, quod eodem recidit, per SS. Nigassii et Scubiculi corpora, quæ Rotomagum anno 1032 allata scribit,

A *bil*, non minores dumtaxat seu minus præcipuas horum partes, sed corpora vel omnibus omnino suis membris seu ossibus integra, vel majori saltem horum parte constantia intelligat, consecrarium est, ut una cum S. Quirini reliquiis seu corporis Sancti hujus partibus minus præcipuis SS. Nigasio et Scubiculi, imo et ob supra dicta S. Pientie, corpora vel integra vel fere integra anno 1032 Rotomagi exstiterint, ac proin, ut, cum tum, uti inde consequitur, Mellentum nondum fuissent quæ hodieque ibidem asservantur, præcipua Sanctorum nostrorum ossa advecta, fuerint eo et post dictum annum 1032 et non aliunde quam Rotomago delata.

1052, imo vero probabiliter etiam non prius,

92 Quod si, quod anno 1029 Aureliani ex antiqua S. Aniani ecclesia in novam translatum fuisse, Helgaldus, ut jam supra docui, memoria prodit, S. Scubiculi corpus seu potius (partem enim pro toto, cum præcipua nostri hujus Sancti ossa Mellenti hodieque exstare, nemo eat inficias, hic accepisse auctor ille est censendus) quæpiam sacri illius pignoris pars Aurelianum Mellento, ut recentiores quidam putant, fuisset delata, inde enim vero non tantum S. Scubiculi, sed et trium aliorum Sanctorum nostrorum, quæ Mellenti hodieque servantur, sacra lipsana fuisse eo et ante annum 1032 et aliunde quam Rotomago, delata, non immerito posset argui; verum qui id, quod dixi putant, nec ex Helgaldus, utpote qui nec unde, nec quando, quas Aureliani anno 1029 translatas scribit, advecta eo fuerint S. Scubiculi reliquæ, edicat, nec ex ullo alio scriptore seu documento antiquo hanc opinionem suam firmant, nihilque obstare invenio, quo minus, quod e S. Scubiculi reliquiis Aureliani hodie servatur aut certe servatum olim fuit, jam inde a sec. IX, cum Sanctorum nostrorum lipsana vel Condati vel Wambasii jam existerent, e locorum horum alterutro Aurelianum fuisse delatum credatur; cum autem sic habeat ac proin e S. Scubiculi reliquiis, anno 1029 Aureliani ex antiqua in novam S. Aniani ecclesiam translatis, nihil omnino contra opinionem, qua, quæ Mellenti hodieque asservantur, Sanctorum nostrorum sacra lipsana eo fuisse nec ante annum 1032, nec aliunde quam Rotomago delata existimantur, possit inferri, modo sacra illa pignora probabiliter occasione, quam Arturus verbis jam recitatis assignat, ac proin nec ante annum 1060, utpote ante quem isthæc locum e dicendis haud habuerit, Rotomago Mellentum fuisse delata, ostendamus.

quam cum post pugnam Varavillanum

93 Bello inter Henricum primum, Francorum regem et Guillelmum Nothum seu, ut ab aliis vocatur, conquestorem Normanniæ ducem exorto, prælium inter duos hosce principes anno 1060 in Normannia ad aggerem itinerarium Varavillanum, Gallicæ à la chaussée de Varaville, fuisse commissum, Davanneus, pro se citans mihi ignotum Normanniæ Chronicon, in Sanctorum nostrorum Vita cap. 54 affirmat, idque pariter in Chronologico a se contexto Hist. Franciæ Compendio tom. 2, pag. 498 Mezerayus facit. Hic quidem, qui dictum itinerarium aggerem seu, ut vulgo loquimur, Calceiam Cadomum inter et Lexovium collocat, prælium illud, quod Francorum regi improspere cecidisse adjungit, non anno 1060, ut Davanneus, sed anno 1058 inne-

ctit; verum utro annorum istorum id evenerit, parum refert. Inde enim occasione, qua, quæ Mellenti exstant, translata eo fuisse sacra Sanctorum nostrorum lipsana, probabile cum Arturo opinor, locum fuisse ante annum 1060 ac proin ante hunc sacra illa pignora Mellentum fuisse delata, inferri haud poterit. Res e jam dicendis patescet. Galerannus, nominis hujus primus Mellentinus comes, qui, prorege Francorum stans, in memorato prælio a duce Normanniæ, uti edicto, quod laudat, Normanniæ Chronico Davanneus etiam docet, captus fuit, votum Deo ac S. Nigasio pro libertate obtinenda vocit, cumque hanc post annum adeptus domumque esset reversus, voti fidem soluturus, ecclesiam, SS. Virgini Mariæ in insula Mellentina sacram, jussit destrui, eodemque, quo hæc steterat, loco ecclesiæ et prioratus S. Nigasio fundamenta jecit, cumque hæc ædificia post quinquennium circiter aut sexennium ad fastigium essent adducta, ecclesia solemniter Deo sub SS. Virginis Mariæ sanctorumque Nigasio ac Sociorum ejus invocatione anno 1067, die XXVIII Octobris, SS. Simoni et Judæ sacra, a Gaufrido Carnotensi episcopo fuit consecrata. Ita scilicet in Sanctorum nostrorum Vita cap. 57 Davanneus; verum, cum ecclesia illa, uti e Galeranni secundi, Mellentini comitis, charta, quam post cap. 59 idem Davanneus laudat, perspicue intelligitur, fuerit reipsa a Gaufrido, Carnotensi episcopo, consecrata, certissime is Sanctorum nostrorum biographus, dum id anno 1067 factum ait, a veritate aberrat.

94 Certe enim ante annum 1077, uti, quæ Galliæ Christ. auctæ Scriptores tom. 8 col. 1123 et binis seqq. adducunt, dilucide evincunt, Gaufridus Carnotensem ecclesiam episcopali munere moderari exorsus non est. Verum, etsi Davanneus, qui perperam, uti inde consequitur, dictæ ecclesiæ consecrationem anno 1067 innectit ac proin verosimillime etiam nec recte, uti hinc concludendum apparet, sacri istius ædificii, ante annum 1077 e dictis haud consecrati, fundamenta jam inde ab anno 1061 aut seq. jacta affirmat, in plures alios, dum de Roberto de Beaufour, qui primus fuerit Mellentini S. Nigasio prioratus institutus prior, sermonem cap. 57 facit, errores graves, uti apud Arturum a Monasterio in Neustria Pia Iconis, Carnotensis episcopi, charta ostendit, sit prolapsus, recte tamen, ut jam indicavi, eandem Mellentinam S. Nigasio ecclesiam a Gaufrido, Carnotensi episcopo, consecratam fuisse tradit, cumque hic ecclesiæ Carnotensi, quam e dictis ante annum 1077 haud fuerat adeptus, ultra annum 1088, uti e Galliæ Christ. auctæ Scriptores loco proxime cit. fas est colligere, præfuisse haud videatur, consecrarium est, ut abs illo nova, de qua hic nobis sermo, Mellentina S. Nigasio ecclesia anno 1077 vel aliquo e decem sequentibus fuerit consecrata; tunc autem ac proin certe post annum 1060 a supra memorato Galeranno, Mellentino nominis hujus primo comite, quem proinde diu ultra annum 1070, contra ac Davanneus cap. 57 scribit, vitam protraxisse est necesse, precibus instantissimis postulas Rotomagoque Mellentum, eo curante, adductas fuisse, quæ hodieque ibidem servantur, Sanctorum nostrorum reliquias, probabile cum Arturo opinor.

95 Nullo

AUCTORE
C. B.
Carnotensi
post annum
1076 episcopo,
consecrata
fuit,

95 Nullo quidem id tum factum probari potest documento antiquo; verum nec documento hujusmodi probari potest contrarium, cumque sacra illa pignora, ut supra ostendi, ante annum 1032 Mellenti nondum existerint nec aliunde, quam Rotomago ad S. Nigasio ibidem ecclesiam fuerint delata, nihil magis obrium rationique, more antiquo, quo pro novis consecrandis ecclesiis Sanctorum reliquiæ solebant undequaque conquiri, spectato, congruentius videatur, quam ut eo tandem, cum nova Mellentina S. Nigasio ecclesia, ad umbilicum jam adducta, consecranda esset, consecrationis hujus occasione, ac proin, uti e supra dictis nemo non colliget, haud ante annum 1060, Rotomago dicantur, curante Galeranno Mellentino comite, fuisse adducta. Nec est, quod hic quisquam anno 1035 datam ac a Davanneo in suis ad Sanctorum nostrorum Vitam Additionibus cap. 2 laudatam, e qua, ut infra docebo, de cultu, S. Nigasio diu etiam ante annum 1060 Mellenti delato constat, jam pluries memorati Galeranni comitis chartam objiciat;

B hæc enim, utpote in qua, contra ac in chartis, de cultu, determinato cuiuspiam Sancto alicubi exhiberi solito, loquentibus, fieri consuevit, nulla omnino S. Nigasio, quæ jam tum Mellenti existerint, reliquiarum mentio, uti ex Davannei de hac ibidem silentio non immerito concluditur, instituta fuisse videatur, potius prodest, quam obsit, opinioni, qua Sanctorum nostrorum, quæ hodieque Mellenti exstant, sacra lipsana fuisse eo occasione mox dicta ac proin nec ante annum 1060 delata, arbitramur.

aut, si id displiceat, probabiliter etiam non prius,

96 Verum, reponet quis fortassis, si sacra illa pignora re ipsa haud ante annum 1060, imo vero etiam, uti et jam supra dictis consequitur, haud ante illud temporis spatium, quod ab anno 1077 usque ad annum 1085 excurrit, e Rotomagensi S. Audoëni abbacia Mellentum fuerint delecta seu translata, qui factum, ut jam supra sæpissime laudatus scriptor anonymus, qui, cum, ut dictum, Rotomagensis S. Audoëni monachus existerit ac sub seculi XII initium floruerit, optime sane hujusmodi, si locum habuisset, translationem, utpote vel ipsamet ejus ætate vel haud diu ante factam, habiturus fuisset perspectam, nullam tamen illius in lucubratione, qua de Sanctorum nostrorum sacris lipsanis, Vadinaco Condatum et Wambasium delatis indeque Rotomagum tandem anno 1032 adductis, tractat, mentionem instituat? Id, fateor, videri haud plane immerito potest ulcumque mirum; ast, etsi sic habeat, facile tamen, ni fallar, illius hac de re silentium mirari desinet, qui, scriptorem illum anonymum, non quidquid de sacris Sanctorum nostrorum lipsanis factum esset, sed verosimillime, qui et quibus e locis hæc tandem ad Rotomagense suum S. Audoëni monasterium fuissent adducta, dumtaxat exponere voluisse, considerarit. Quod si tamen hæc responsio cuiquam displiceat, haud fuisse occasione, quam modo proposuimus, Mellentum, quæ ibidem hodieque exstant, Sanctorum nostrorum lipsana delata, haud illubenter etiam vel sic meam de Sanctorum nostrorum reliquiis probabiliter etiam haud ante annum 1060 Mellentum translatis opinionem propugnaturus, concessero; etenim, hoc dato, sacra illa pignora occasione alia, quæ serius

etiam, quam jam memorata, imo vero non nisi post lucubrationem, a scriptore nostro anonymo de SS. Nigasio, Quirini, Scubiculi et Pientie translatione anno circiter, ut num. 8 docui, 1112 concinnatam, locum habuerit, fuisse eo delata, probabile evadet. Res e jam nunc dicendis patescet.

97 Cum S. Nigasio prioratus Mellenti aliquamdiu post annum 1060 jam esset exstructus, Galerannus, Mellentinus comes, hujus fundator primo ibidem, uti ex Iconis Carnotensis episcopi Charta, per Arturum a Monasterio in Neustria Pia pag. 333 producta, fas est colligere, clericos seculares constituit, hisque deinde, uti ex Paschalis II Papæ Bulla Pomerayus in Archiep. Rotomag. Hist. pag. 37 docet, Ordinis S. Benedicti monachi sub sec. XII initium, comite Mellentino Roberto adstipulante, imo et agente, fuere substituti. Quid si ergo religiosi illi viri, cum jam annos aliquot domum illam occupassent, penes sese non esse Sanctorum, qui præcipue ibidem colebantur, reliquias, dolentes, comiti Roberto hæc adipiscendi desiderium injecerint, sicque hoc sibi adjuncto, haud exiguas sanctorum illorum pignorum partes a Rotomagensibus S. Audoëni Ordinis sui monachis instantissime postularint, hiq, penes quos erat ingens sanctorum lipsanorum copia, sodalium suorum et comitis Roberti, Ordini Benedictino, ut Guilielmus Gemeticensis, Ordericus Vitalis et alii testantur, addictissimi, petitioni, iis sibi dumtaxat, quæ post a Calvinistis furentibus combusta fuere, Sanctorum nostrorum ossibus retentis, annuerint? Id enim vero re etiam ipsa tum factum ac proin occasione isthac Mellentum delata fuisse præcipua, quæ ibidem hodieque exstant, Sanctorum nostrorum ossa, probabile opinor. Cum hæc enim, quæ certe haud ante annum 1032 Mellentum, ut supra ostendi, fuere delata, eo etiam, ut dedimus Mellenti post annum 1076 consecranda esset nova S. Nigasio ecclesia, haud fuerint advecta, proximam videtur, ut id saltem probabiliter tum tandem, cum in ecclesiam illam aliquot jam annis Ordinis S. Benedicti monachi fuissent introducti, factum esse creditur.

98 Verum sive una sive alteræ duabus modo assignatis occasionibus Mellentum præcipua, quæ hodieque ibidem exstant, Sanctorum nostrorum ossa statuuntur fuisse delata, consecrarium equidem e modo dictis est, ut hæc, quod huc potissimum spectat, eo deferri probabiliter etiam haud ante annum 1060 contigerit resque certe diutissime etiam post hunc annum fuerit peracta, si forsan, quod tamen non puto, Chronicon Ms. parvum Beccense, quod, quemadmodum Arturus a Monasterio in Neustria Pia pag. 334 docet, SS. Nigasio, Quirini et Pientie corpora fuisse in Mellentianam ecclesiam translata, ad annum 1196 notat, de translatione, qua primum in hanc illa fuerint delata, debeat intelligi. At vero, inquiet modo fortassis adhuc nonnemo, etsi quidem præcipua, quæ Mellenti adserbantur, Sanctorum nostrorum ossa probabiliter etiam haud fuisse eo ante annum 1060 advecta e jam dictis appareat, hæc tamen omnia Rotomago Mellentum asportata haud videntur. Enimvero (neque enim id hic tacere velim) quæpiam S. Nigasio ossa ac ipsum etiam caput, non Rotomago, sed Vadinaco Mellentum

quæ cum monachi in ecclesiam illam sec. XII initio fuissent induciti ac proin

E

haud ante annum 1060, utat forsan ob Davannei, quæ hic

A *lentum fuisse allata, Davanneus, etsi interim rem hanc etiam ipse, qui tamen, ut vidimus, præcipua Sanctorum ossa jam inde ab anno 842 Mellentum fuisse adducta cult, ad tempus, anno 1060 posterius, referat, diserte in Sanctorum nostrorum Vita cap. 64 et seq. tradit; verum narratio, qua id facit, suspecta mihi videtur; ut autem, meritone, an immerito, dispicere studiosus lector queat, illam, in compendium contractam, hic exhibeo. Eo fere tota recidit.*

in compendium

99 *In vico Vadiniaciensi, cum inde alio, Normanni seculo IX in Gallias frequenter irumpentibus, Sanctorum nostrorum corpora transferrentur, minora quæpiam horum ossa una etiam cum ipso S. Nigassii capite, causa, ob quam, incerta, fuerant relicta, cumque ibidem sacra illa pignora, quæ rustici loco secreto abdiderant, servata usque ad sec. XI fuissent, tum tandem inde post Galeranni I, Mellentini comitis, obitum ac proin, uti e supra dictis nemo non eruet, certe haud ante annum 1060 ad Hugonem, qui fratri suo Galeranno in comitatu Mellentinum successerat, minores quedam corporis S. Nigassii partes Mellentum fuisse adductæ, annisque post non paucis elapsis, eo etiam ex eodem Vadiniaciensi vico S. Nigassii caput ad Galerannum II, Mellentinum itidem comitem, fuit allatum. Ita laudatus Sanctorum nostrorum biographus, nihil hactenus, quod creditu appareat admodum difficile, suppeditans; verum audi, quid adjungat. Hugo comes, an minores illæ, quæ Vadiniaco Mellentum erant allatæ, corporis partes seu ossa veræ essent S. Nigassii reliquiæ, experiri volens, clerum et populum Mellentinum in S. Nigassii ecclesiam convenire magnamque in hac ignem accendi jubet, cumque in hunc ossa illa, Deum omnibus, ut ab igne, si vera essent S. Nigassii ossa, manerent intacta, sin minus, non secus atque alia humana ossa, flammis absumerentur, enixissime orantibus, fuissent conjecta ac tandem, postquam diu medias inter flammis mansissent illæsa, sponte sua ex hisce easitissent, ab universis, prodigio attonitis Deumque laudantibus, pro veris agnita fuisse S. Nigassii reliquiis.*

contracta lectori proponitur,

C 100 *Quod modo ad caput, quod ad Galerannum II Vadiniaco fuerat allatum, spectat, quo dubitatio, qua et hic et alii, an id verum esset S. Nigassii caput, hærebant incerti, tolleretur, Goslenus Carnotensis episcopus, populo et clero vicino, qui, a Galeranno accessit, sese in S. Nigassii ecclesiam contulerant, inspectantibus, in altero principis altaris cornu caput illud, in altero alia, quæ Mellenti jam antea exstabant, S. Nigassii ossa collocat, cumque id, Deum omnibus, ut, an verum esset Nigassii caput, signo aliquo manifestare dignaretur, suppliciter rogantibus, sponte sua ex altaris, in quo positum erat, cornu ad cornu aliud, in quo posita erant alia S. Nigassii ossa, accessisset, nemo amplius, quin verum esset Sancti hujus caput, dubitandum existimavit. Davanneus itaque suam de minoribus aliquot S. Nigassii ossibus capiteque Mellentum Vadiniaco allatis narrationem duobus miraculis plane insignibus, modo hic expositis, vestit. Ast, etsi quidem miracula vel ex eo, quod miracula sint, rejicienda commentisque accensenda haud sint, minime tamen, nisi testimoniis, fide undequaque*

dignis, sint subnixæ, credenda opinor; anne autem testimonia hujusmodi pro duobus, de quibus hic, miraculis militent, compertum haud habeo. Davanneus quidem pro priori ex his antiquum quodpiam, quod in Mellentina S. Nigassii ecclesia exstet, Ms. citat.

101 *Verum, quod qualeve illud sit, non edicit, hincque, an probatæ notæ documentis accenseri queat, dubitare cogor; etsi autem, quin, ut pleræque alia, quæ memorat, ita etiam, quod e duobus jam relatis miraculis est postremum, ex antiquo quopiam, etsi nullum laudet, ecclesiæ mox dictæ Ms. acceperit, ambigendum pariter haud rear, illud tamen, qualecumque etiam fuerit, fidei dumtaxat sublestæ exstitisse, vel ex eo opinor, quod, qui illud indubie fuerit secutus, Davanneus postremo memoratum miraculum anno 1140 innecat, et tamen tunc, dum id accidit, a Gosleno Carnotensi episcopo, quem ante annum 1149 ecclesiæ Carnotensi non præfuisse, e Galliæ Christ. auctæ tom 8 col. 1139 et duabus segg. palam fit, Sanctorum nostrorum reliquias ex antiquis Hierothecis in novas Mellenti fuisse translata, affirmet. Quare, cum Davannei de minoribus aliquot S. Nigassii ossibus capiteque Mellentum Vadiniaco translatis narratio fidem certam atque indubitam, uti e jam dictis apparet, haud mereatur, enimvero haud prorsus immerito in dubium etiam, an, ut ea fert, Vadiniaco Mellentum sacra illa pignora fuerint allata, revocari posse opinor. Nec parum in hac opinione me quantum ad S. Nigassii caput confirmant, quæ Dadreus in Historica sua archiepiscoporum Rotomagensium chronologia, anno 1618 Rotomagi vulgata, pag. 14 allegat, sequentia duo carmina hexametra:*

Antistes Rotomæ datus a Clemente, Nicasi,
Si non sedisti, caput adlegando stetisti.

102 *Ita enim S. Nigassii caput fuisse aliquando Rotomagum allatum, indicatur; etsi autem carmina illa, quæ loco cit. Dadreus Orderico Vitali attribuit, apud hunc Uticensem monachum seu in ecclesiastica, quam is scripsit, Historia, prout hæc anno 1619, Andrea Chesneo curante, typis Parisiensibus e Ms. clarissimi viri Joannis Bigoti codice prodit, non legantur, in ejusdem tamen Historiæ, quæ a Rollonis in Neustriam adventu ad annum usque 1140 excurret, Ms. exemplari, quod Dadreo præluat, reperta fuisse, scriptoris hujus fide est credendum, fuerintque fortassis in Bigotiano, quo Chesneus usus est, codice ommissa, quod hic aliquandiu post annum 1140 scriptus sit, ac tum Nigassii caput Rotomagi, utpote inde Mellentum jam delatum, haud amplius existeret; jam vero, si duo illa carmina Orderico Vitali, qui seculo XII floruit, a Dadreo recte, uti e jam dictis consequi videtur, attribuantur, consecrarium est, ut S. Nigassii caput jam ante Orderici ætatem ac proin verosimillime jam ab anno 1032, quo, ut supra docuimus, ejusdem Sancti itemque SS. Scouculi et Pientæ corpora una cum S. Quirini reliquiis Wambasio Rotomagum fuere adducta, huc etiam inde fuerit allatum; hinc autem jam fit, ut magis magisque in opinione, qua, merito in dubium, an sacrum illud pignus Vadiniaco Mellentum, ut Davanneus docet, fuerit delatum, revocari posse puto, confirmet.*

AUCTORE
C. B.ac porro in
dubium revocari posse

E

ostenditur,
narrationem
non omnia Ro-
tomago, fue-
runt delata.

F

AUCTOR
C. B.

confirmet. Verum, etsi et id et minora quæpiam S. Nigasio ossa, ut supra allegata Davannei narratio fert, re etiam ipsa forsitan (id enim et ex indulgentiis, ab Hugone, Rotomagensi archiepiscopo, ob SS. reliquiarum apud Vadum S. Nicastii inventionem anno 1160, ut Arturus a Monasterio in Neustria Pia pag. 333 notat, concessis, suspicari quis queat) Vadiniaco Mellentum fuerint delata, inde tamen contra opinionem, qua præcipua, quæ hodieque in posteriori hac urbe exstant, Sanctorum nostrorum ossa fuisse eo et non aliunde quam Rotomago et haud ante annum 1032, imo vero probabiliter etiam haud ante annum 1060 allata, arbitramur, nihil etiam omnino, ut consideranti patescet, potest inferri, manentque adeo, quæ supra illa de re statuimus, inconcussa.

§ VII. Antiquus et recentior Sanctorum apud Mellentinos cultus miraculaque aliquot eorum patrocinio patrata.

Cultus, qui Mellenti, delatis eo nondum Sanctorum reliquiis Nigasio fuit exhibitus.

Etiamsi Sanctorum nostrorum, quæ Mellenti hodieque servantur, sacra lipsana ibidem probabiliter, ut § proxime prægresso ostendi, haud ante annum 1060, imo vero probabiliter etiam haud ante sec. XII, aliquot annis jam inchoatum, exstiterint, Nigasio tamen in insula seu arce Mellentina aliquandiu etiam ante eundem annum 1060 ac proinjam tum, cum eo e dictis probabiliter delatæ nondum essent Sanctorum nostrorum reliquæ, cultu ecclesiastico fuisse gavisum, fidem facit Colombeni diæcesis Carnotensis monasterio a Galeranno I, Mellentino comite, concessa, cujus exemplar se vidisse, Davanneus in suis ad Sanctorum nostrorum, quam contexit, Vitam Additionibus cap. 2 insinuat, anni 1035 Charta: hac enim, qua decimarum aliorumque a comitatu Mellentino dependentium bonorum donationem, monasterio isti a muliere, nomine Helvisa, factum, Galerannus approbat ac confirmat, id dumtaxat, ut Davanneus loco cit. testatur, ea lege facit, ut Colombenis abbas quotannis die S. Nigasio sacra ad castrum Mellentinum Missam ibidem celebraturus potioremq; adeo inter abbates alios, eo pariter tum arcessendos, locum occupaturus, accedat. Id autem Mellenti aliquandiu ante dictum annum 1060 ac proin probabiliter e dictis, priusquam eo Sanctorum nostrorum essent delatæ reliquæ, S. Nigasio festum magna solemnitate, utpote ad quam augendam abbates etiam convocarentur, quotannis XI Octobris die a comite et populo Mellentinis (ita scilicet sibi, quod majores suos a Nigasio fidei lumine illustratos putarent, faciendum existimantibus) celebratum fuisse, argumento est perquam valido ac pene indubitato.

104 Verum S. Nigasio cultus, qui apud Mellentinos, priusquam ad horum urbem Sanctorum nostrorum reliquæ deferrentur, exstiterat adeo sollemnis, non parum deinde, hisce eo

translatis, increvit seseque a S. Nigasio, quem antea, ut apparet, tantummodo spectabat, ad SS. Quirinum et Scubiculum, imo et ad S. Pientiam, etiam extendit, nec soli, ut prius, XI Octobris diei, Sanctis nostris sacræ, mansit affixus. Hæc omnia lectori e jam nunc dicendis fient perspicua. Davanneus, qui, quin aliquot Sanctorum nostrorum reliquæ Vadiniaco Rotomagum a S. Audoëno fuerint translata, haud dubitat, translationem hanc Sanctorum nostrorum primam cap. 64 appellat; etsi autem, fuisse post præcipua, quæ Mellenti modo exstant, horum ossa præ Normannorum metu Vadiniaco Mellentum a comite Mellentino translata, dilucide, ut supra vidimus, memoriæ prodat, haud tamen in computum translationem hanc, quod non tam ad Sanctos nostros honorandos, quam ad sacras eorum exuvias insano gentilium furori subducendas fuerit peracta, adducit, alteramque, ea etiam, qua hæc in ecclesiam novam, a Galeranno I Mellenti exstructam, fuere translata, in censum non relata, jam supra a nobis memoratam, qua ibidem ex antiquis hierothecis in novas transpositæ sub Galeranno II, Mellentino comite, fuerint, eorundem vocat præfatio cap. 64 translationem secundam.

105 Nec aliam ob causam id facit, quam quod hæc, ut ibidem ait, exstiterit admodum sollemnis, quodque, ut addit, Mellenti Officio ecclesiastico, proxima videlicet, uti, quæ postea adducit, docent, post Dominicæ Ascensionis festum Dominica recitando, quotannis celebretur. Verum, etsi quidem id ibidem quotannis fieri, indubitanter sane Davannei fide sit credendum, hic tamen scriptor, ut jam antea monui, translationem illam seu reliquiarum in lipsantheccas novas, quas Galerannus II, Mellentinus comes, confici curavit, transpositionem vel perperam anno 1140 innectit, vel perperam a Gosleno, Carnotensi episcopo, qui e dictis ecclesiæ isti ante annum 1149 haud præfuit, factam affirmat; hinc autem fit, ut nec translationis ejusdem annus, deficientibus etiam, e quibus hic certo innorescat, documentis aliis, determinari queat, eritque forsitan etiam, qui istam seu translationem seu reliquiarum transpositionem nec anno 1140 illigandam, nec Gosleno, Carnotensi episcopo, adscribendam, sed cum SS. Nigasio, Quirino et Scubiculi translatione, in Beccensi, quod num. 98 adhuc laudavi, Chronico ad anni seu 1195 seu seq. xxv Maii diem notata ac eo modo, quem in Archiepiscoporum Rotomagensium Historia pag. 37 Pomerayus assignat, intellecta, unam esse atque eandem, suspicetur.

106 Ut sit, anno equidem, qui dictam seu translationem seu transpositionem proxime exceperit, quique, ut reor, unus saltem seculi duodecimi exstiterit, Mellentinus comitiss Davanneo fides sit, S. Nigasio hierothecam, quo Sanctorum nostrorum patrocinio calamitas publica, qua tum regio premebatur, avertetur, ad vicum, nomine Jusiers, una circiter Mellento leuca distitum, supplicatione sollemni, vicinarum paræciarum curionibus ac populo ad hanc arcessitis, jussit deferri, cumque id optato cum successu præstitum fuisset, ac eodem, quo supplicatio instituta, die duo miracula, quorum altero mulier a paralyti, altero juvenis a febris quartana liberatus erat, ad dictæ lipsantheccæ attackum fuissent patrata, in horum auxilii

postea etiam ad illos sese extendit, modoque omnium quatuor non tantum festum die XI Octobris,

E

sed et translatio proxima post Domini Ascensionem Dominica ibidem celebratur;

F

reliquæque ipsomet hoc festo quotannis quam maxime,

A *ciliique, quo tunc regioni in urgente necessitate per sanctorum Martyrum preces fuerat succursum, memoriam comes Mellentinus, ut quotannis Ascensionis Dominicæ festo supplicatio similis institueretur, præscripsit, cumque id deinceps, ut Davanneus eodem quo hæc narrat, cap. 66 addit, religiose quotannis tum solemniter non sola Nigassii, sed omnium quatuor Sanctorum nostrorum, ut postea docet, lipsanothece circumlatis, observatum perpetuo fuerit, hinc et ex aliis supra dictis consectorium est, ut Sancti nostri tribus vicibus diversis, XI videlicet Octobris die, quo eorum seu martyrium seu felix e vivis excessus recollitur; proxima post Dominicæ Ascensionis festum Dominica, qua illorum postremo hic memorata translatio celebratur; ac denique hoc ipso festo, quo eorumdem reliquæ circumferuntur, Mellenti quotannis honorentur.*

quam Davanneus, nonnulla primum de modo, quo sacra illa pignora Mellenti serventur.

107 Porro Davanneus, postquam, quæ modo exposui, cap. 66 narravit, mox cap. 67 et duobus seqq. Pontificum Romanorum Bullas aliorumque diversorum antistitum litteras, in Mellentini S. Nigassii prioratus favorem concessas, indulgentiasque itidem ad Sanctorum nostrorum in eodem prioratu cultum promovendum collatas, enumerat, ac deinde cap. 71 ac duobus seqq. ad plurima Sanctorum nostrorum patrocinio patrata, quorum nonnulla, notatu magis digna, infra recensere, miracula referenda adhibitis, mox sermonem de Sanctorum nostrorum reliquiis, Mellenti, ut supra docui, per majora civitatis compita quotannis circumferri Dominicæ Ascensionis festo solitis, facturum simulque, quanta solemnitate id fiat, expositurus, in antecessum quodammodo cap. 75, quanta cura quantaque reverentia sacer ille thesaurus in Mellentina S. Nigassii ecclesia adserretur, sequentibus hisce, quæ e Gallicis Latina facio, explanat verbis: In nostra S. Nigassii ecclesia, in Mellentino, quod ad diocesim Carnotensem spectat, castro sita, quæ pulcherrimum satisque amplum et spatiosum e lapidibus sectis in crucis formam solide exstructum sacellisque lateralibus munitum ædificium est, duo prope chorum supra primam fornicem exstant sacella arcuata, ad quæ per gradus pedum circiter triginta sex altitudine ascenditur.

C In horum uno supra pulchrum politioris operis tabernaculum quatuor lipsanothece una cum pluribus aliis reliquiis sunt locatæ.

itemque de his, quæ diuitem pridie ejusdem festo fiunt, præfatus,

108 Isthoc porro sacellum scalaque, qua ad id ascenditur, majoribus duorum clavium portis clauduntur, quarum alteram nos, alteram dominus Generalis locum tenens, sive ut regis officialis sive ut consul incolarumque præfectus, e longissima consuetudine servat, quæ quamvis quam antiqua sit, edicendo haud sim, optimam tamen, ne thesaurus tam pretiosus distrahatur, possum asserere. Quod ad SS. Nigassii, Quirini (supra a nobis num. 80 et seq. dicta videtur) et Pientia capita spectat, hæc prope altare princeps in armario e lapide scissili, clathris munito, servari solent. Hisce autem præmissis, ita deinde, ut primo etiam, quæ pridie solemnitate fiunt, lectorem edoceat, prosequitur: Vigilia Ascensionis vespere, ecclesia tapetibus ornata, solemniter cantantur. Hisce Generalis locum tenens præfatus interest aut officiales, clavem suam ferentes, mittit, hæcque simul et nostra locus aperitur, dumque Antiphona ad Octobris Tomus V.

Magnificat cantatur, sacerdotes, superpelliciosis et stolis induti, in altum illud sacellum ascendunt hierothecasque, quæ altaribus imponuntur, demittunt. Quando id fit, magnus adest populi numerus, alterque alterum, quo prior sub S. Nigassii lipsanothece transire queat, propellit hæcque ante summum altare supra armarium, arte minutaria eo fine, ut quisque, reliquias deosculatus, facile sub illa, ut moris est, transeat, confectum, collocatur.

109 Ita ille, qui modo rem ipsam tandem aggrediens sequentem de hac cap. 76 loquitur in modum: Postridie, Ascensionis festo, horæ matutinæ recitantur, tum paræciæ vicinæ, numero quindecim aut viginti, subinde etiam, nonnullis inde (Mellento nimirum) tribus leucis distantibus, pro temporis ratione triginta sub horam nonam supplicantium ordine adveniunt, illicoque tres urbis paræciæ eo sese conferunt, ac tum inchoatur generalis supplicatio. In hac Cymbala, labara, cerei benedicti ac omnium paræciarum illarum cruces præferuntur, poneque primo aliquot, quæ paræciarum illarum reliquias continent, capsulæ, tum (Sanctorum Nigassii scilicet, Quirini, Scubiuli et Pientia) quatuor, quarum ultima S. Nigassii, lipsanothece, per sacerdotes, albis et tuniis indutos, apparitoribus ac satellitibus a latere ad eas custodiendas incedentibus, portatæ, ac tandem presbyteri, curiones et clerus noster ordine sequuntur, hisque nos Prior, officio fungentes, succedimus una cum diacono ac subdiacono nostro, a quorum altero caput S. Quirini, altero caput S. Nigassii, nobis crucem, cui veræ Domini nostri Crucis pars aliæque plures sacræ reliquiæ sunt inclusæ, ferentibus, gestare. Hæc de supplicationis illius, in qua Mellenti Sanctorum nostrorum reliquæ solemnissimo sane, ut dixi, ritu quotannis circumferuntur, initio Davanneus, mox etiam de ejusdem fine, postquam ei duodecim quindecimque diversi ordinis ac status personarum millia interesse edicit, sequentia suppeditans: Majoris arcis et urbis plateis circuitis, reditur eodem ordine ad S. Nigassii ecclesiam, ubi ad portam majorem certis lapidibus, ibidem eum in finem locatis, S. Nigassii lipsanothece imponitur, quam omnes et clerici et laici deosculantur ac sub ea transeunt inceduntur ecclesiam, ubi Missa ritu quam maxime solemniter celebratur.

110 Hac finita, paræciæ omnes supplicantium ordine discedunt. In Vesperis, dum Responsorium proprium post Magnificat cantatur, lipsanothece illæ (Nigassii nimirum, Quirini, Scubiuli et Pientia) eodem, quo antea demissæ fuerant, ordine attolluntur, suisque, quæ iisdem clavibus communibus ocluduntur, locis reponuntur nec amplius usque in annum sequentem attinguntur, nisi eas forsitan, quo antistitis cuspiam aut principis pietati satisfiat, exhiberi sit necesse, idque tum non nisi sub tuta ac fidei custodia, a dicto generali locum tenente submissa, fit. Ita hæc de argumento hic proposito Davanneus; ex hisce autem ejus verbis, solemnitate, qua sacra Sanctorum nostrorum lipsana Mellenti quotannis Ascensionis Dominicæ festo circumferuntur, esse enimvero quam maximam, nemo non intelliget. Porro is Sanctorum nostrorum biographus simulque, ut dictum, Mellentini prioratus

ACTORUM
C. B.

lectori verbis
hic propositis
exponit,

E

F

solemnitate
circumferuntur
eisque is
scriptor, quo
rogante, ad
illam etiam

AUCTORE
C. B.

tus S. Nigasio Prior, qui sacra illa pignora, uti infra sumus visuri, in novas etiam, quas fieri curarat, hierotheas transtulit, S. Nigasio ejusque Sociorum cultui promovendo semper intentus, anno 1641 ad solemnitatem illam, quo hæc, pontificio ritu rem divinam celebrante supplicationemque comitante episcopo, redderetur augustior, Leonorium Stampensem, ecclesie Barnotensis, ad quam, ut supra docui, prioratus ille spectat, antistitem invitavit, hicque, quo Sanctos nostros veneretur, invitantis desiderio obsequens Medunta, ubi generali cleri Gallicani conventui intererat, Mellentum sese Dominice Ascensionis festo, in IX Maii diem tunc incidente, contulit, finitaque, ad quam augendam accesserat, solemnitate in perpetuam rei memoriam chartam etiam est impertitus. Hanc, quod, quæ huc spectant, pleraque testetur, e Davanneo, qui illam in suis ad Sanctorum nostrorum Vitam Additionibus cap. 12 recenset, huc transcribo.

B 111 *Sequentibus hisce, quæ e lingua Gallica in Latinam verto, concipitur verbis: Leonorius Stampensis Dei gratia et Sedis apostolicæ auctoritate episcopus Carnotensis, regis in suis status et sanctiori consilii consiliarius universis clericis et Christi fidelibus salutem et benedictionem. Notum facimus, nos ad Domini Nicolai Davannei presbyteri, in diocesi nostra Nigasiani in castro Mellentina prioratus Prioris commendatarii, preces Medunta, ubi generali cleri Gallicani conventui intereramus, hodie, Ascensionis Domini nostri festo, anno 1641 die IX Maii occurrente, ad dictum prioratum ivisse, ubi pontificio ritu supplicationis generalis annuæ solemnitatem peregrimus in S. Nigasio, S. Quirini et S. Scubiculi, Sociorum ejus martyrum, S. Pientie etiam martyris aliorumque sanctorum reliquiarum venerationem, quorum lipsanothea seu reliquiarum capsula in dicta ecclesia servantur et in hac supplicatione gestatæ magna cum reverentia fuerunt, comitantibus decentique ordine curionibus, urbisque et vicinarum numero viginti quatuor tam archiepiscopatus Rotomagensis quam diocesis nostræ paræciarum, qui eo sese supplicantium ritu a tempore matutino contulerant, clericis incedentibus nobisque pone una cum officialibus et domesticis nostris ac tum ordine regis officialibus, nobilibus, scabinis urbisque et vicinorum locorum incolis cum magna populi multitudine subsequentibus; qui omnes interfuerunt Missæ solemnæ, quam nos etiam ritu pontificio celebravimus, omnibusque nostram una cum indulgentiis ordinariis benedictionem impertivimus; qua de re ad posteritatis memoriam præsens instrumentum, id dicti Prioratus archivo deponendum, fecimus et signavimus die et anno prædictis. Signatum d'Estampes etc.*

ex antiquis in
novas, quas
confeci curavi,
hierotheas

112 *A solemnitæ, qua, ut jam vidimus, Mellenti circumferri quotannis solent sanctorum nostrorum reliquiarum sermonem modo ad aliud venerationis, erga hasce seculo proxime elapso exhibitæ, argumentum converto. Cum hierothea quatuor, quarum priora S. Nigasio, secunda S. Quirini, tertia S. Scubiculi, ac quarta denique S. Pientie sacra lipsana continebantur, peregrinorum aliarumque piarum personarum osculis atactibusque, per longissimam annorum seriem continuatis, seculo præterito, media sui parte nondum elapso, non*

parum jam essent detritæ, ipsaque etiam vetustate lignum, e quo SS. Quirini, Scubiculi et Pientie lipsanothea erant confectæ, esset corruptum, Davanneus sæpissime jam laudatus Mellentinus S. Nigasio Prior, qui collapsa hujus ædificia jam instaurarat, ecclesiamque, indumentis sacerdotilibus a se donatum, diversis etiam ornamentis condecorarat, pro singulari sua in Sanctos pietate nondum hæc fecisse contentus, novas etiam a sese sacris horum asserendis lipsanis hierotheas procurandas existimavit. Quo itaque id faceret, a tribus, quæ, ut dictum, e ligno erant, SS. Quirini, Scubiculi et Pientie hierotheis, postea de Nigasio, quæ ex argento erat, lipsanothea futurus sollicitus, est eorsus. Brevi hæ fuerunt eleganti, quæ tempore congruebat, opere confectæ, Davanneusque in eas, facultate ad id a Carnotensi episcopo impetrata, SS. Quirini, Scubiculi et Pientie sacra lipsana, subsellii haud infimi personis adstantibus, pridie Ascensionis Domini nostri anno 1639, uti ipsemet in suis ad Sanctorum nostrorum Vitam Additionibus cap. XI docet, transposuit, cumque S. Nigasio, quam ex argento partim ære proprio, partim pecuniis, pia aliorum in S. Nigasio veneratione ac munificentia collatis, fabricari ab aurifabro curarat, bis mille quadringentarum librarum Francicarum lipsanothea anno 1643 fuisset perfecta, ipsomet hoc anno, data sibi ab episcopo Carnotensi facultate, pridie Ascensionis Domini, quæ tunc in XIII Maii diem incidit, coram quinque personarum millibus in teatro, ad id in S. Nigasio ecclesia parato, Sancti hujus ossa, ex antiqua, in qua servabantur lipsanothea extracta in novam istam, cum primum horum singula adstantibus monstrasset, pariter transposuit.

113 *Ita iterum in supra memoratis Additionibus cap. XIII docet nos ipsemet Davanneus, ibidem etiam, sese translationis illius Acta, quo, quando nam et a quo fuerit peracta, ad posteritatem transmittatur, eidem novæ lipsanothea inclusisse, adjungens. Nec id fecisse contentus integra etiam Acta illa, ut etiam alia, SS. Quirini, Scubiculi et Pientie reliquiarum factam a sese in novas lipsanotheas translationem seu transpositionem testantia, harumque etiam singulis a se, ut ait, inclusa, in dictis Additionibus, priora quidem eodem cap. XIII, posteriora vero cap. XI, recenset. Verum hæc, quod omnia et singula Sanctorum nostrorum in novas illas hierotheas translata seu transposita ossa haud enumerent nihilque præter jam dicta notatu dignum, quod huc spectet, edoceant, transcribenda haud putans, modo ad miracula, Sanctorum nostrorum aut certe Nigasio patrocinio Mellenti aut in ejus vicina patrata, progredior. Davanneus, qui, quemadmodum plus semel jam monui, Sanctorum nostrorum Vitam elucubravimus, opusculi, quo id fecit, parte secunda miracula etiam non pauca, quæ ad eorum ac præcipue Nigasio invocationem evenere, recenset. Ac primo quidem quatuor, apud Marteneum a Sanctorum nostrorum translationis Scriptore anonymo supra sæpissime laudato memorata ac proin, cum hic sec. XII floruerit, a longissimo tempore jam gesta, deinde vero longe plura, recentiori memoria patrata, commemorat.*

114 *Verum cum priora in S. Quirini miraculis, quæ commentario huic subjecturus sum, quorum nonnullæ*

transposuit,
litterisque etiam
non pauca,

F

A *occurrant, ea hic recensere supervacaneum fuerit; quod autem ad alia spectat, ea non omnia, sed, ne nimis sim prolixus, quæpiam dumtaxat, e Davannei cap. 71 accepta ac e lingua Gallica in Latinam versa, lectori hic, priusquam § huic finem imponam, ob oculos ponere est visum. Pleraque vel forte etiam omnia sec. xv recentiora sunt. Ab iis, quæ puto antiquiora, duco initium serieque non interrupta, tam hæc quam alia, proponam. Rem ipsam aggrediamur.* In urbe Mellentina existit faber ferrarius, cui ex dentium dolore caput et guttur adeo intumuerat, ut nec videre, nec os ad manducandum aperire posset, cumque magna esset in S. Nigasio devotione, eum in auxilium invocavit, aquaque, in qua caput ejus fuerat intinctum, linteoque, quod huic fuerat admotum, acceptis, cum ex aqua illa bibisset linteumque illud capiti admovisset, sanitati illico est restitutus. Puella junior cum pedis malo, quod ex urenti inflammationis ardore maximum ei dolorem afferebat, laborabat, parentes ejus ad ecclesiam illam duxerunt,

B precesque ad S. Nigasio direxit, vovens, fore, ut, si ejus auxilio sanitatem recuperaret, ei et devote serviret et oblationem quotannis faceret. Oratione et voto emissis, sanitati sese sensit perfecte restitutum domumque cum parentibus est reversa. Duobus annis votum implevit, post id facere neglexit; extemplo eodem malo fuit correpta; quare ejus parentes reduxerunt eam ad ecclesiam, cumque veniam postulasset promississetque, sese haud amplius obligationi defuturam, sanitati iterum fuit restituta, nec voti amplius fuit oblita.

C *115* Piscator ex vico Vaux, nomine Nigasio Langlois, singulari erat in S. Nigasio, ejus nomen gerebat, devotione frequenterque ad ejus ecclesiam, ut ibi sacro interesset, diebus Dominicis veniebat. Accidit, ut, cum ipse et unus e filiis ejus in fluvio piscarentur, puer e navicula in aquam sit prolapsus, nec pater ei, quod ex aqua haud emergeret, posset succurrere. Statim vir infelix, flexus in navicula sua genibus, Nisio, ut filio in hoc discrimine subveniret, devote supplicabat; nec mora; filium suum ad ripam, ducentis circiter passibus a loco, quo in aquam inciderat, distantem, est conspicuus, ac ad eum accedens, sanum eum invenit ac dicentem, nihil sibi mali obvenisse, senemque, splendore undequaque coruscum, ad caput eum arripuisse ac ad ripam duxisse. Eadem hora ad S. Nigasio ecclesiam, gratias Sancto huic de auxilio allato acturi, sese contulere idque, quod jam dictum est, narravere. Uxor Pernoti le Biche ex paræcia Mureaux sese, cum esset gravida, læsit, unde ante terminum peperit, gravi inde correpta morbo, e quo valde surda ac propemodum cæca effecta, eo in statu per annum mansit, donec, auditis, quæ frequenter in lipsanthece S. Nigasio demissione fiebant, miraculis, ad urbem pridie Ascensionis a filia sua ducta venit, ibidemque post fusas preces fiducia firma lipsantheceam deosculata, ea ipsa hora videre et audire incepit, finitisque Vesperis, sese sanitati omnino restitutam sensit, postridieque ad supplicationem venit, Deo agens gratias omnibusque illud, quod sibi obvenerat, narrans miraculum.

116 Ascensionis Dominicæ festo anno 1525 tria in S. Nigasio ecclesia acciderunt miracula. Primo Ruvina Veteuil e S. Jacobi paræcia,

quæ diu valetudine adversa laborarat, sese in ecclesiam, quo Sanctorum Martyrum lipsantheceas oscularetur, fecit deferri, cumque id magna fide ac devotione præstitisset, ita sese allevatam reperit, ut post Officium pedibus domum sit reversa ac infra triduum sanitati omnimodè fuerit restituta. Secundo Martina uxor Colini Robineau vinitoris habitans in Cormelles, cum magna surditate correpta Evangelium recitari fecisset cereosque ad lipsantheceas accendisset, tanto sese fervore S. Nigasio commendavit, ut precum suarum effectum consecuta, domumque, auditu penitus recuperato, sit reversa. Tertio Philibertus Tourneur, labore manuum victitans, cujus manus, dum operi suo vacaret, sese spina cum infixisset, hincque illa cum brachio adeo tumida ac nigra, ut hoc amputandum putaretur, esset effecta, ad ecclesiam, petens eleemosynam, venit, cumque S. Nigasio lipsantheceam transeuntem videret, manum ei, Deum ac beatum Martyrem, ut ejus miserentur, orans, admovit, moxque malo imminuto, intra biduum sanitati est restitutus; qua de re Deo gratias acturus ac quod modo dictum, narraturus adventit.

117 Ego Joannes Belot sacerdos, habitans in S. Jacobi in castro Mellentino, testatum facio, manum meam dextram, cum eam scapello læsissem, intumuisse ac nigram esse effectam chirurgosque gangræna correptam ac amputandam dixisse; cum autem in S. Nigasio ecclesia interesset Officio, S. Pientie caput advenienti, quæ id videre desiderabat, personæ devotæ monstrabat Prior, cumque lipsanthece aperiiretur, manum ægram ei admovi, Deum intime per Sanctorum suorum merita rogans, ut dolorem meum allevaret. Illico is cessavit, et intra biduum sanata fuit manus illa, qua libro huic, quod jam dixi, inscripsi ultima Augusti die anno 1530. Pauper mulier, Mellenti ac lapidicinas prope S. Aviti habitans, ad S. Nigasio, in quem pietate erat insigni, diebus Dominicis ad Missam et quam lustralem devote accedebat, domumque deinde solemniter paræciæ suæ Sacro interfutura redibat. Accidit, ut stramen, supra quod capiebat somnum, corripuerit ignis cumque hic ardere flammæque ejus domunculam adurere cœpissent, calore ex-pergefacta clamabat, S. Nigasi, adjuva me; tunc ignis sponte sua est exstinctus, lignumque lecti reliquaque omnia manserunt innoxia. *Hæc omnia pluraque alia, quæ, ut jam monui, brevitalis causa huc non transcribo, præfato cap. 71 Davanneus, cap. deinde proxime seq. generatim addens, sese ex eo, qui in S. Nigasio ecclesia, priusquam hanc ipse in beneficium acciperet, sacellani officio per annos quindecim functus erat, plurima alia miracula, in personis, quæ vel febribus vel surditate erant afflictæ, maximeque in peregrinis, Mellentium quotannis Ascensionis Dominicæ festa undequaque confluentibus, ad Sanctorum nostrorum invocationem patrata, accepisse; verum et hæc et alia plura, quæ post etiam idem scriptor commemorat, hic pariter et quidem idcirco potissimum, quod haud vehementer a lectore desiderandam putem eorum notitiam, silentio prætereo, et ad ea, quæ de sacris SS. Quirini, Nigasio et Sculpiculi lipsanis, Malmundarij asservatis, dicenda sunt, progredior.*

§ VIII.

AUCTOR
C. B.*hic ponuntur,
Sanctorum nostrorum miracula est complexus.*

lectori

ob oculos,

AUCTOR
C. B.

§ VIII. An quæ Malmundarii hodieque exstant, SS. Quirini, Nigasio et Scubiculi reliquiæ fuerint anno 808 eo delatæ.

Quæ Malmundarii exstant, SS. Nigasio et Quirini reliquiæ, e Notitia hic data

Quod supra in tempus, quo Mellentum, quæ ibidem hodieque exstant, Sanctorum nostrorum sacra lipsana fuerint delata, inquisiturus, ab ipso statim initio feci, idem modo hic in tempus pariter, quo Malmundarium, quæ ibidem hodieque asservantur, SS. Quirini, Nigasio et Scubiculi reliquiæ fuerint delatæ, inquisiturus, præsto, ac protin ante omnia, quænam hæc sint, expono. De S. Poppone, Stabuleti, quod, ut num. 64 docui, eosdem, quos Malmundarium abbates habuit vique inde duobus passuum millibus distat, in dicecesi Leodiensi abbate in Opere nostro a Boldingo ad xxv Januarii diem, quo nomen ejus Fastis sacris inscribitur, est actum; ibidem autem in Præfatione num. 7 sequentia de illo, quæ ex veteri quodam Cartusie Coloniensis codice Ms. Joannes Gamansius, Societatis Jesu sacerdos, descripsit ac ad decessores nostros misit, leguntur monachi Malmundariensis anonymi verba: Anno ab Incarnatione Domini mxxlii rege Henrico, huic autem venerabili abbate Poppone presidente loco, factus est de reliquiis sanctorum Quirini et Justi per ignorantiam populi, non eas non habere autumantis, promiscuus error, aliis alia submurmurantibus, nunc latenter, nunc in publico. Quod prædictus venerandæ memoriæ pater comperiens ex petitione et communi consilio fratrum et fidelium laicorum scrinia Sanctorum pridie idus Junii aperuit, et non modo, quæ sperabantur, reliquias, sed alias plures, quæ ignorabantur, astantibus nobis, invenit, et, ut repererat, decenter compositas relinquens, sigillo suo fideliter eadem hora, nobis cernentibus, resigillavit; sicque et nostra credulitas et temeritas populi patuit. Reliquiæ autem hæc fuerunt, duo dentes sancti Petri Apostoli, corpora sanctorum integra cum capitibus Quirini et Justi, et maximæ reliquiæ sancti Nigasio et beati Scubiculi et sancti Melantii et sancti Audoeni et casula ejusdem et aliorum Sanctorum nobis incognitorum.

simulque ex aliis, tam quæ de S. Nigasio brachio, corporaque S. Quirini,

119 Quæ in notitia, verbis hisce concepta, traduntur, ipsemet ejus auctor, ut dilucide in illa declarat, conspexit, cumque nihil, ob quod ei credendum haud sit, occurrat, est sane, cur ejus fide, S. Quirini corpus cum ejusdem capite anno 1042 Malmundarii exstiterit, eique præterea maximas SS. Nigasio et Scubiculi reliquias fuisse adjunctas, credamus; etsi autem, quæ qualesve, quas memorat, exstiterint maximæ SS. Nigasio et Scubiculi reliquiæ, haud edicat, nec id aliunde quantum ad posterioris hujus Sancti nostri reliquias innotescat, exstiterit tamen, quas maximas vocat S. Nigasio reliquias, dextrum Sancti hujus nostri brachium, docet nos in sua de S. Quirini martyris apud Malmundarium adventu, quæ a Marteneo tom. 3 Thesauri novi Anecd. col. 1685 et quinque seqq. e monasterii S. Trudonis Ms. vulgata est, typisque iteratis recusa Comment.

huic a nobis subdetur, lucubratione monachus D alter Malmundariensis anonymus, qui, quamvis quæ veritati consonent, ubique, uti infra sumus visuri, haud scribat, tum tamen, dum, quas in monasterio suo asservari ait, Sanctorum reliquias, fidem integram, quod id quam optime compertum habuisse sit censendus, sibi adjungit. Porro quæ Malmundarii e dictis anno 1042 exstiterit SS. Quirini, Nigasio et Scubiculi reliquiæ, easdem hodieque ibidem exstare, sacri illius asceterii iniqui arbitrantur. Ast S. Quirini corpus, non integrum, ut notitia jam data fert, sed dumtaxat magna ex parte Condato Malmundarium fuisse delatum, anonymus Translationis Sanctorum nostrorum auctor sæpissime supra laudatus disertis verbis tradit, cum facile autem factum esse queat, ut notitiæ num. 118 datæ auctor S. Quirini ossa invicem sejuncta ac commixta, etiam hisce, quo corpus integrum constituerent, nonnulla etiam deessent, pro integro corpore per errorem accepit, S. Quirini corpus quod non integrum, sed magna dumtaxat ex parte Malmundarium translatum, anonymus Translationis sanctorum nostrorum auctor ait, re etiam ipsa ibidem non integrum, ut notitia data fert, sed magna tantummodo ex parte exstare opinor, maxime cum quamdam etiam, ut jam supra docui, sacri illius pignoris partem Mellentini sibi vindicent aliamque etiam furentes Calvinistæ anno 1562 Rotomagi excusserint.

120 At vero hic alia præterea quantum ad ejusdem S. Quirini reliquias difficultas exoritur. Cum enim hujus Sancti nostri caput, quod Malmundarii asservari, e notitia proxime huc transcripta certum apparet, apud Mellentinos exstare, Davanneus, ut jam antea monui, affirmet, erit fortassis, qui hinc, S. Quirini caput Malmundarii exstare, e jam data Malmundariensi notitia certum non esse, contendat; verum is scriptor vel S. Scubiculi caput (jam supra num. 81 dicta videsis) per errorem pro S. Quirini capite, vel certe hujus partem (neque enim ulla ex causa apparet contrarium) pro toto accepisse potest; cum autem sic habeat, is sane, ut S. Quirini caput vel integrum vel hujus saltem partem, quæ haud absone caput dici queat, Malmundarii exstare, e Malmundariensi notitia certum non sit, efficere non potest. At vero erit modo forsitan etiam quis, qui saltem, ne dimidiam quidem capitis S. Quirini partem Malmundarii asservari, ex his, quæ Arturus a Monasterio memorat, sibi habeat persuasum. Is enim, de Rodoniensi, qui in diocesi Carnotensi situs Meduntauque leuca circiter una semotus ad Fontanellense diocesis Rothomagensis canobium spectat, prioratu in Neustria Pia pag. 603 et octo seqq. tractans, ibidem cap. 2 primum sic scribit: Ex quo... caput S. Quirini martyris, B. Nicasii, primi Rothomagensis episcopi et martyris, socii amantissimi, Rodonium allatum est, tanta illic miraculorum frequentia cælitus illustratum fuit, ut ad illud venerandum fideles ex quavis provincia pie certatim convolarent; imo et quæ promittebant juramento religiose præstito super ipsum D. Quirini caput, servanda et explenda arctius obstringebantur; ac deinde, postquam e S. Nigasio ejusque Sociorum, quæ supra sublestæ fidei ostendimus, Actis nonnulla, huc non spectantia, de SS. Nigasio

quam quæ de Sancti hujus capite, quod Mellentini a Davanneo, Rodoniique

A Nigasio, Quirino et Scubiculo *transcripsit, subjungit*: Contendit quidam neotericus author, horum SS. Martyrum reliquias, a comitibus Melentinis exinde (*Vadiniaco nimirum*) fuisse asportatas et in ecclesiam prioratus tunc in honorem B. Mariæ Virg. et SS. Nicasii ac Sociorum ab illis exstructam, translatas; illicque caput S. Quirini nunc usque una cum aliis asservari.

ab Arturo saltem pro majori parte assertur, riaseritur,

121 At pace tanti viri (*videlicet, ut in margine notat, Davannei*) dixerim, gratis id assertum esse, si de omnimoda ejusdem sacrae capitis integritate intelligat; cum certo certius appareat ex sequentibus, caput ejusdem S. Quirini martyris, saltem pro majori parte, apud ecclesiam prioratus Rodonii pie venerari, jam ab anno 1200, uti ostendimus. *Rodonii sane S. Quirinum martyrem ejusque reliquias maxima in veneratione jam inde ab anno 1200 existisse, dilucide ex antiquo, quod Arturus loco cit. cap. 1, § 5 allegat, documento constat.* Nec, quas deinde cap. 3 adducit, Petri Carnotensis episcopi et Radulphi Rotomagensis archiepiscopi litteræ, anno 1446 datæ, dubitare sinunt, quin S. Quirini martyris caput, hierothecæ argenteæ, in capitis humani formam effictæ, inclusum, in præfato Rodoniensi S. Mariæ prioratu re etiam vera asserretur; verum cum nec litteræ illæ nec ulla documenta alia antiqua, quandonam vel unde sacrum illud pignus Rodonium fuerit allatum, edoceant, enimvero non immerito, Quirinine id, S. Nigasio socii, an alterius Martyris homonymi caput sit, dubitari posse opinor. Sane in laudatis Carnotensis et Rotomagensis antistitum litteris Quirinus martyr, cujus caput Rodonii in veneratione esse miraculisque coruscare, illæ aiunt, nec S. Nigasio socius vocatur, nec quidquam, e quo eum vel in pago Vilcassino vel cum S. Nigasio martyrium subisse, concludas, occurrunt. Quid si ergo Martyris alterius, Quirini nomine distincti, nec tamen vel cum Nigasio vel in pago Vilcassino passi, caput seu Roma seu aliunde Rodonium, pago huic innoxium vel certe, uti apud Arturum loco cit., cap. 1, § 1 videre licet, vicinum, seculo XII, aut, si velis, adhuc citius fuerit allatum, idque temporis lapsu, quod via alius ibi Mar-

B *tyr, nomine Quirinus, quam qui in pago Vilcassino cum Nigasio subisset martyrium, notus esset, pro Quirini, Vilcassini martyris, capite per errorem fuerit acceptum?*

in medium hic adducuntur,

122 Id sane, spectatis iis, quæ jam dixi, haudquaquam prorsus vero apparet absimile. Quare, cum non minus, an Rodonii, quam an Mellenti, Quirini Vilcassini caput seu integrum seu ex parte adservetur, dubitandum appareat, qui, quæso, ex iis, quæ Arturus num. proxime prægresso memorat, ne dimidiam quidem capitis S. Quirini partem Malmundarii existere, queat concludi? Verum sacrum pignus, quod Rodonii pro S. Quirini, Vilcassini martyris, capite habetur, re etiam ipsa nostri hujus Sancti esse, tantisper etiam demus, anne tamen id, ut Arturus vult, caput saltem pro majori parte, existat, non immerito adhuc poterit dubitari. Etsi enim is scriptor, quod hac de re ait, certo certius ex sequentibus, seu ex iis, quæ post subdit, apparere, per verba, num. præced. recitata, affirmet, ego tamen nihil, e quo id vel utcumque certum appareat, seu supra laudatis, quas post recenset, Carnotensis et Rotomagensis epi-

scoporum litteris, seu in aliis, quæ profert in medium, reperio. Fuisse quidem, quod solum Arturo hic suffragari posse videtur, lipsanothecam seu capsam, quam S. Quirini martyris capite aliisque sacris lipsanis asservendis anno 1432 Parisiis fabricari Thomas, Rodoniensis Prior, fecerat, minus capacem ipsius sancti capitis visam, hincque ipsam ampliari dictum Priorem statuisse, scriptor anonymus, cujus de S. Quirini apud Rodonienses culti miraculis lucubrationem Arturus, cit. cap. 2 e Ms. Rodoniensi codice post recenset, ibidem § visub finem affirmat; verum cum capsæ illius magnitudinem haud exprimat, existisse potest adeo exigua, ut ne quidem capitis dimidio capiendi sufficeret, idque adeo, quod Arturus ait, haudquaquam e modo dictis, quæ verbis suis supra recitatis ex scriptore isto anonymo de capsam illa subdit, certo certius apparet, cumque id nec ex aliis, quæ iisdem verbis aut subjungit aut præmittit, evadat vel utcumque certum, enimvero etsi etiam pignus sacrum, quod a Rodoniensibus pro S. Quirini, martyris Vilcassini, capite habetur, re etiam ipsa Sancti hujus foret, dubium tamen adhuc, anne id ejus caput, saltem pro majori parte, existat, esset futurum.

AUCTORE C. B.

123 Verum, etsi sic habeat ac proin haud queat, ne dimidiam quidem capitis S. Quirini partem Malmundarii existere, pro certo concludi ex iis, quæ verbis supra huc transcriptis Arturus scribit, anne tamen integrum Sancti ejusdem caput Malmundarii adservetur, ambigendum opinor. Ea sedet sententia, tum quod re etiam ipsa forsitan sacri illius pignoris quæpiam pars apud Rodonienses vel Mellentinos vel etiam tam apud hosce, quam apud illos, reperiatur, tum quod Notitiæ Malmundariensis plus semel jam laudatæ auctor, dum de S. Quirini capite, Malmundarii asserto, loquitur, nullum omnino, quod integritatem ejus indicet, vocabulum adjungat, idque tamen faciat, dum de ejusdem Sancti corpore, quod integrum Malmundarii existere, sibi persuasum, utut e dictis per errorem, habebat, sermonem instituit. Ast, ut quid hac de re plura? Caput equidem S. Quirini vel integrum vel saltem ejus partem seu dimidiam seu hac etiam majorem aut certe hujusmodi, quæ merito caput appellari queat, Malmundarii existere, e jam dictis ac præcipue e Malmundariensi supra adducta Notitia (neque enim ejus quisquam hac in re fidem infringat) est certum; cum autem, ibidem etiam existere integrum fere seu magna ex parte ejusdem Sancti nostri corpus dextrumque S. Nigasio brachium, certum pariter e jam supra dictis sit, sicque tam prope, quam fas fuerit, quæ Malmundarii existant, SS. Nigasio et Quirini sacra lipsana, determinatum jam sit, in tempus modo, quo hæc eo una cum quibusdam S. Scubiculi reliquiis, quæ quales sint, definire nulla ratione queo, fuerint delata, inquiramus. Saussayus prolixum, quo hodie in Martyrologio suo Gallicano Sanctos nostros celebrat, elogium sequentibus hisce, de veneratione primum, in qua SS. Nigasio et Pientie reliquias in Gallia haberi ait, locutus, terminat verbis: At vero Quirini et Scubiculi extra Gallie fines se diffudit gloria et veneratio.

determinatur. Hæc aliorum S. Scubiculi, quæ quales sint, ignoratur.

124 Cum enim anno Christi octingentesimo octavo horum et Nicasii sacra pignora e mausoleo

soleo

AUCTOR
C. B.
haud fuerit,
contra ac
Saussayus et,
qui,

soleo proprio ad Condatensem vicium agri Parisiensis essent translata, Hildebaldus, episcopus Coloniensis tum Parisiis agens, et Odulphus praepositus Malmundariensis a Carolo Magno et Deodefrido regiae urbis Parisiorum antistite impetrarunt corpus S. Quirini, brachium sancti Nicasii et potiores reliquias sancti Scubiculi; quae sacra pignora transvexerunt Malmundarium, ubi Quirinus ipse et Scubiculus potissimum frequentibus miraculis claruerunt, quibus totius regionis ad se incolarum conciliarunt devotionem. Quod si itaque vera hic memoret laudatus martyrologus, jam inde a seculi ix initio, imo vero determinato hujus anno 808 Malmundarium fuerint, quae ibidem hodieque exstant, SS. Quirini, Nigasii et Scubiculi reliquiae delatae. Saussayo porro Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii ita hic praevit, ut tamen, contra ac ille facit, nec Hildebaldum, Coloniensem episcopum, quem et ipse et Saussayus a Carolo Magno et Parisiensi episcopo obtinuisse memoratas reliquias, affirmant, Parisiis, dum has impetraret, sistat praesentem, nec Parisiorum praesulem, quem una cum Carolo Magno sacra illa pignora impertisse prodit, nominatenus exprimat. Ipsa etiam ejus verba, quod infra usui adhuc sint futura, huc transcribo. Sic habent: Caeterum anno octingentesimo octavo cum corpora sanctorum Nicasii, Quirini et Scubiculi, metu translata mediocribus locis tenerentur in vico Condatensium, qui Parisiorum urbi adiacet, Odulphus praepositus Malmundariensis et Hildebaldus episcopus Coloniensis obtinuerunt a Carolo Magno et a Parisiorum praesule corpus S. Quirini, brachium dexterum beati Nicasii et reliquias Scubiculi.

Malmundariensem, cujus hic verba

125 Hec ille; cum autem cum iis, quae Saussayus verbis proxime recitatis memorat, ad amissum sane, ut jam indicavi, haud conveniant, vel hinc, an is martyrologus, qui nusquam, quo e fonte illa acceperit, edicit, ea eodem, e quo sua Molanus, monumento ista deprompsit, dubitari potest; verum, etsi sic habeat, monumentum equidem, quod Saussayo, haud melioris, quam quod Molano praetulit, existitisse note, quisque, ni fallar, ex infra dicendis agnoscat. Verum, quoniam C e monumento, quae verbis supra huc scriptis memorat, Molanus accepit? Loco supra cit. de SS. Nigasii, Quirini et Scubiculi martyrio eorumque ac nominatim Quirini Malmundarium translatione acturus, sese, quae de utroque hoc argumento allaturus est, ex historiis martyrii et translationis, Malmundarii manuscriptis, deprompsisse, capite declarat. Ut itaque, quoniam e monumento Molanus, quae verbis supra recitatis scribit, acceperit, habeamus compertum, quoniam sit ista, quam hic memorat, translationis S. Quirini Historia, indagandum. Apud Marteneum tom. 3 Theauri novi Anecdotorum col. 1685 et quinque seqq. quaequam, quae, de S. Quirini martyris apud Malmundarium adventu seu translatione inscripta, eadem plane de hac, quae ex dicta, quam citat, Historia Molanus, suppeditat, exhibetur lucubratio, e monasterii S. Trudonis Ms., ut Marteneus notat, accepta ac a nobis num. 119 jam laudata; cum autem lucubrationis hujus, cujus auctor anonymus sese monachum Malmundariensem loco non uno prodit, exemplar penes nos etiam exstet, idque, non

secus ac memorata a Molano S. Quirini Malmundarium translationis Historia, e Ms. Malmundariensi, ut nota, quam in capite refert, fidem facit, sit acceptum, enimvero, Historiam isthanc esse ipsammet. quam Marteneus vulgavit, mox dictam de S. Quirini Malmundarium adventu lucubrationem, apparet e jam dictis indubitatam.

126 Porro Malmundariensis, qui hanc, Commentario huic, ut supra monui, subdendam, contexit ac sub seculi xi finem, uti infra docebo, floruit, monachus anonymus statim ab initio sic scribit: Annus erat ab Incarnatione Domini octingentesimo octavus, cum disponentis omnia Deitatis miseratio nostris propiciens necessitatibus, ob hoc pretiosissimi Quirini martyris beatissimo nos ditavit corpore. Ob hoc etiam collegarum ipsius reliquias nobis contulit sua dignatione, ut, quoniam nulla roboramur auctoritate meritorum, eis interventionibus, perducamur ad gaudia civium supernorum. Ita ille, S. Quirini Malmundarium translationem anno 808 disertissime immetens; cum autem, quae de hac Molanus scribit, e Malmundariensi illo anonymo, uti e jam dictis consequitur, acceperit, consecrarium est, ut eum quoque in anno 808, cui una cum Saussayo translationem illum immetit, sit secutus? Verum anne haec re etiam vera anno isto evenit? Anonymus translationis Sanctorum nostrorum auctor jam supra saepissime laudatus apud Marteneum loco supra cit. num. 3 sic scribit: Horum ergo infandorum metu gentilium (Normannorum videlicet seu Danorum) praedictorum ossa Martyrum (Nigasii nimirum, Quirini et Scubiculi) sanctaeque Pientiae cum beatissimi Audoeni praesulis gleba ad vicum Condatensem sunt translata. Post pauci temporis interstitium B. Quirini corpus magna ex parte et ex reliquiis beatorum Nicasii ac Scubiculi ad locum, qui Malmundariensis dicitur, summa cum reverentia asportantur, ubi miraculorum gloria assidue illustrantur.

127 Ita dictus anonymus, nec ab eo Malmundariensis lucubrationis praefatae scriptor itidem anonymus abluvit. In hac enim, prout infra in numeros a nobis divisa exhibetur, primo sequentem num. 6 loquitur in modum: Est viculus Condatensium, ubi adiacens Parisiorum, ubi corpora sanctorum Martyrum Nicasii, Quirini et Scubiculi, metu olim Danorum, regiones praeda et incendio vastantium, a suis, ubi prius posita fuerant, translata sedibus, usque ad id temporis locis tenebantur mediocribus; ac deinde, postquam quae tunc, ut vult, ad SS. Quirini, Nigasii et Scubiculi, in vico Condatensi, quo metu Normannorum, ut dixerat, erant translata, assertorum, reliquias ab imperatore oblinendas gesta sint, narravit, num. 13 paulo ante narrationis seu lucubrationis suae finem subjungit: Quid multa? Assensit imperator huic sententiae cum optimatibus suis perque ipsius (episcopi Parisiensis) manum Sanctos efferri de suis mandavit locis, bonis omnibus satians desiderium nostrorum, e tribus unum nobis beatum transmittendo Quirinum, sanctum antistitem Nigasium suae sedi restituendo, scilicet urbi Rothomagensium, cujus etiam nobis largitus est brachium dextrum cum reliquiis levitae Scubiculi, Melantii episcopi, casula quoque S. Audoeni itidem Rotomagensium archiepiscopi. Fuerunt itaque tunc primum, cum SS. Nigasii, Quirini

dantur, anonymo secutus, ei praevit Molanus.

E

anno 808

F

A Quirini et Scubiculi corpora metu Normannorum Condatum fuissent adducta, Malmundarium sacræ, quæ ibidem hodieque exstant, eorundem trium Sanctorum nostrorum reliquiæ. spectatis duorum, quæ jam allegavi, scriptorum anonymorum testimoniis, delatæ; nec quidquam, quod, id citius factum, suadere sit natum, invenio.

Malmundarium delatæ.

128 Quare, cum Normanni seu Dani, uti inter omnes convenit, in Gallias tunc primum, cum vel anno 841 vel certo haud diu post in Neustriam irrumpentes Rothomagum vastarent, timeri ac præ illorum metu de loco ad locum Sanctorum reliquiæ transferri inceperint, SS. Quirini, Nigassii et Scubiculi reliquias, quæ Malmundarii hodieque exstant, fuisse eo jam inde ab anno 808 delatas, quis credat? Id quidem tum factum, posterior e binis modo adductis scriptoribus anonymis luculentissime, uti ex ejus verbis, num. 126 huc transcriptis, palam est, affirmat; verum, cum is simul, rem haud prius, quam cum eorundem Sanctorum nostrorum corpora præ

B Normannorum metu Condatum fuissent delata, ac proin e dictis haud ante annum 841 gestam, non minus luculenter, uti e verbis ejus, num. proxime prægresso huc transcriptis, perspicuum sit, tradat, e duabus istis ejus assertionibus, invicem pugnantibus, quarum alteram falsam esse necesse est, posterior indubie est amplectenda. Ea sedet sententia, quod ei non tantum prior e duobus modo allegatis scriptoribus anonymis, sed et Riculfi Charta, sæpissime jam antea laudata, utpote e qua, ut supra vidimus, SS. Quirini, Nigassii et Scubiculi corpora aut integra aut fere integra Vadiniaci adhuc anno 872 existisse ac proin, uti hinc consequitur, nondum etiam tunc horum partes, quæ Malmundarii hodieque asservantur, fuisse eo delatas, constet, apertissime suffragetur.

§ IX. Auctoris anonymi de S. Quirini Malmundarium translatione scriptum rejicitur, hæcque anno circiter 876 e vico Condatensi, Parisiis verosimilius haud adjacenti, facta statuitur.

Malmundariensis anonymus, qui S. Quirini corpus Malmundarium haud ante Normannorum irruptiones delatum prodit,

Cum duo invicem pugnantia, videlicet et Anno 808 et tum demum, cum Gallias suis in hæc irruptionibus terrere, quod, ut dictum, ante annum 841 haud factum, Normanni seu Dani cepissent, S. Quirini corpus una cum S. Nigassii brachio dextro ac S. Scubiculi reliquiis Malmundarium fuisse delatum, Malmundariensis in suo de S. Quirini Malmundarium translatione Scripto monachus anonymus luculenter, ut jam monui, tradat, Marteneus, qui e dictis lucubratiunculam illam tom. 3 Thesauri novi Anecdotorum vulgavit, id conspicatus, in scriptoris illius verba, num. 126 huc transcripta, quo hunc et cum seipso et cum veritate historica, quæ vere S. Quirini

corpus non prius, quam cum id Condatum præ Normannorum metu jam fuisset allatum, Malmundarium fuisse una cum SS. Nigassii et Scubiculi reliquiis advectum, fert, in concordiam adducat, in inferiori paginæ ora ita observat: Hic scriptoris oscitantia omissus est aliquis numerus, forte legendum, 848. Nam Normanni circa annum 841 Rothomagum vastantes occasionem dederunt translationi corporum SS. Nigassii, Quirini et Scubiculi ad Condatensem vicum, unde post aliquot annos corpus S. Quirini aut illius maxima pars ad Malmundariense cœnobium delatum est. Ita ille; verum cum annus, cui per dicta verba S. Quirini Malmundarium translatio in monachi Malmundariensis anonymi lucubratione innectitur, nec per notas numerales Latinas, nec per zyfras Arabicas, sed per adjectiva numeralia exprimitur, oportet, ut in hæc, si quod Marteneus ait, veritati consonet, adjectivum numerale quadragesimus sit omissum, eumque adjectivum isthoc non magis in Malmundariensi, e quo lucubratio illa Commentario huic subdetur, Ms., quam in lucubrationis ejusdem editione, a Marteneo e S. Trudonis Ms. facta, reperitur, omissio illa, si admittenda sit, fuerit verosimillime, non a librario, qui dictam lucubrationem transcripserit, sed ab ipsomet hujus auctore profecta; factum autem esse, ut hic, anno, cui S. Quirini Malmundarium translationem illigandam putabat, exprimendo intentus, adjectivum hujusmodi, quod quam maxime ad rem faciebat, e mera oscitantia omiserit, mihi parum verosimile apparet.

AUCTORE C. B.

130 Et vero id haud factum, ex eo induco in animum, quod auctor ille, fuisse re ipsa anno 808, non autem, quem huic substituendum suspicatur Marteneus, anno 848, S. Quirini corpus una cum SS. Nigassii et Scubiculi reliquiis Malmundarium delatum, existimavit. Sacras enim hæc exuvias, non a Carolo Calvo, qui anno 848 diuque adhuc post regnavit, sed a Carolo Magno, qui anno 814 vivere desit, fuisse Malmundariensibus impertitas, haud obscure post verba, num. 126 recitata, quibus Malmundarium pretioso illo thesauro fuisse anno 808 ditatum, ab ipso statim lucubrationis suæ initio scribit, ratione deinde non una in illius decursu prodit. Res, ni fallar, et jam nunc dicendis patescet. Proxime post verba, quibus, quod dixi, Lucubrationis suæ initio scribit, de principe, qui SS. Quirini, Nigassii et Scubiculi reliquias Malmundariensibus impertit, sequentem loquitur in modum: Carolus imperator monarchiam regni virtute, consilio prudentiaque gubernabat, et rempublicam non modo armis tuebatur, verum etiam legibus emendabat, moribus exornabat. Ante omnia regem omnium Christum, sine quo nullus juste regnat vel imperat, diligebat, diligens metuebat, ejusque mandatis obsequendo volebat se potius prodesse sæculo quam præesse populo. Munitus erat armis justitiæ, ne corrumpetur amore pecuniæ, ne deviare a vero per acceptionem alicujus personæ. Gaudebat de ejus regimine Francorum regnum, lætabatur de ejus dominio Romanum imperium, tripudiabant divites et egeni omnesque ecclesiæ filii. Ante ejus conspectum superbia resupinata iniquorum elanguit, cupiditas superbiorum incurvata torpuit, innocentia pauperum afflicta convaluit.

et tamen a Carolo Magno fuisse id

F

Non

AUCTORA
C. B.
UNA CUM SS.
NIGASIO ET SCUBICULO
RELIQUIIS
CONCESSUM, EX-
ISTIMASSE RATI-
ONE NON UNA

Non licuit majoribus minores opprimere, sed dicere potius: Minores majoribus obedite.

131 Vidit eum superbus terribilem, humilis mitem. Fines imperii, ne ab hostibus irrumperentur, strenue defendebat, ipsosque fines ad abundantiorē ecclesiæ pacem dilatare contendebat. Adversus inimicas gentes pugnas egit frequentes, voluntarias ad servendum voluntarie suscepit, paratas ad resistendum paratis copiis invasit, invasas superavit, superatas cepit, captas interfecit. Nullis parcebat regnis se ei subdere recusantibus, omnibus parcebat populis, spontaneas manus ejus ditioni subjicientibus. Virtutis ejus potentiam numquam potuit effugere, nisi qui virtutis ejus potentia sua colla maluit inclinare. *Hæc aliaque plura de principe, qui, ut dictum, SS. Quirini, Nigasio et Scubiculi reliquias monasterio Malmundariensi concessit, asceterii hujus laudatus monachus anonymus, cum autem conjunctim sumpta haudquam in Carolum Calvum, sed in Carolum Magnum utcumque quadrent, ita sane, sacra illa pignora fuisse abs hoc, quem modo regem,*

B modo imperatorem appellat, non autem a Carolo Calvo, Malmundariensibus impertita, non obscure prodit. Ast ne quis forsitan illa omnia per insolitam, quæ non tantum fidem, sed et modum excedat, hyperbolen dici etiam de Carolo Calvo potuisse a præfato monacho, reponat, a scriptore isthoc vere, quod dixi, prodi, aliter adhuc ostendo. Odulphum, monasterii Malmundariensis præpositum, qui favore et gratia tum apud Hildebaldum, Coloniensem episcopum, tum apud regem seu imperatorem plurimum valebat, a Malmundariensibus monachis, ut abs hoc, ad quem tunc ab Hildebaldo mittebatur, SS. Nigasio, Quirini et Scubiculi reliquias monasterio suo postularet, excitatum seu inductum fuisse, post verba proxime recitata num. 6 et seq. primum refert.

ac præcipue ex
Hildebaldi

132 Tum vero, eosdem monachos, quo Odulphus certius, quod postulaturus erat, a rege seu imperatore consequeretur, commendatitias ad hunc ab Hildebaldo petiisse litteras, huncque votis eorum benevole obsecutum, præfatus, litteras illas integras recenset, ac deinde, quod dicit, aggredior. Hildebaldus seu Hildebaldus, Coloniensis episcopus, qui litteras illas scripsit, ab anno circiter 790, ut Dionysius Sammarthanus Gallie Christianæ auctæ tom. 3, col. 633 et tribus seqq. docet, usque ad annum circiter 818 Coloniensem sedem occupavit; quare, cum toto illo temporis spatio, quod ab anno 790 usque ad annum 818 excurrit, haud alius seu rex seu imperator, nomine Carolus, quam Carolus, cognomento Magnus, in Francia, ad cujus regem litteræ, modo hic recitatur, fuerunt ab Hildebaldo conscriptæ, regnarit, consecrarium est, ut hæc certe non ad Carolum Calvum, sed ad Carolum Magnum fuerint directæ. Sunt quidem, qui Hildebaldum, cui Hadalboldum seu Hagebaldum, Hildeboldum seu Hadalboldum in sedem Coloniensem successisse, alii volunt, esse cum hoc unum atque eundem contendunt; verum Hadalboldum seu Hildeboldum ab Hilde-

baldus esse diversum, Dionysius Sammarthanus mox laudatus tom. cit. col. 636 ostendit.

133 Attamen ne quis forsitan facili litterarum unius mutatione Hildebaldus pro Hildeboldus seu Hildeboldus in litteris supra huc transcriptis perperam legi, fortassis suspicetur, hæc non ad Carolum Calvum, sed ad Carolum Magnum scriptas alia adhuc ratione ostendo. Post annum 850 nullus certe amplius episcopus, qui vel Hildebaldus vel Hildeboldus appellatus fuerit, sedem Coloniensem, utie Gallia Christ. aucta tom. 3 in episcopis Coloniensibus videre licet, occupavit; quare oportet, ut, si non eo ipso anno 850, certe ante hunc Hildebaldi, Coloniensis episcopi, de quibus hic nobis sermo, litteræ fuerint conscriptæ; cum autem in hisce Carolus, ad quem datæ sunt, imperator nuncupetur, nec ante annum 875 Carolus Calvus corona imperiali fuerit insignitus, consecrarium est, ut non ad hunc, sed ad Carolum Magnum (ad eorum enim alterutrum datæ esse necesse est) fuerint directæ. Scio quidem, reges Francorum, etiam si corona imperiali decorati non essent, imperatores subinde fuisse appellatos. Scio etiam, ipsimet Carolo Calvo imperatoris titulum, priusquam hac dignitate donaretur, in tabularii Belliloci Ch. 74 apud Bestium in Regibus Aquitanie pag. 3 attribui; ast titulum illum Carolo Calvo, corona imperiali, a Pontifice nondum decorato, ab Hildebaldo, Coloniensi episcopo, cujus sedes ad Caroli Calvi ditionem numquam spectavit, fuisse attributum, verosimile haud apparet.

134 Sed en aliud adhuc, quo, quod dixi, validius probetur, argumentum. Hildebaldus in suis, de quibus nos hic, litteris Odulphum, monasterii Malmundariensis præpositum, vocat et suum et regis, ad quem scribit, monachum communem, adeo ut Odulphus, spectatis Hildebaldi verbis, existit et ipsiusmet Hildebaldi et regis illius monachus; uti autem Odulphus idcirco, quod Malmundarium, cujus monachus erat, Coloniensi diocesi subesset, Hildebaldi monachus, ita etiam idcirco, quod regis, ad quem Hildebaldus scribebat, ditioni Malmundarium esset subjectum, ejusdem regis monachus existit. Adhæc Hildebaldus in suis, de quibus nos hic, litteris, sese e regis Caroli, ad quem scribit, existit subjectis, non obscure prodit; in iis enim, neminem ei sese fideliorē, pronuntiat, sicque, nisi ipse seu potius Coloniensis, cujus erat episcopus, diocesis regis illius dominio fuisset subjecta, locutus certo (neque enim episcopus, ad quempiam, cujus dominio diocesim suam haud subjectam novit, regem scribens, sese huic vel fidelem dicat) haud fuisset. Itaque ad regis Caroli, ad quem supra huc transcriptas litteras Hildebaldus dedit, ditionem Malmundarium simul et diocesis Coloniensis, uti e jam dictis pronum est colligere, spectarint; cum autem ante annum 850, post quem certe episcopus, nomine Hildebaldus, ecclesiæ Coloniensi haud præfuit, nec diocesis Coloniensis, nec Malmundarium ad Carolum Calvum unquam spectarit, consecrarium e modo dictis est, ut certe, non ad hunc, sed ad Carolum Magnum, qui non tantum Malmundarium, sed et totam diocesim Coloniensem sub ditione sua habuit, litteræ illæ fuerint conscriptæ.

A 135 Jam vero, cum sic habeat ac, ut jam monui, hisce regi seu imperatori, ad quem missæ erant, prælectis, fuisse abs hoc S. Quirini corpus una cum SS. Nigasio et Scubiculi reliquiis Malmundarium transmissum, Malmundariensis jam sæpe laudatus scriptor anonymus tradat, ita sane, quæ apud Malmundarienses hodieque estant, Sanctorum nostrorum sacra lipsana fuisse a Carolo Magno impertita, non obscure, quod hic ostendendum erat, prodit, minime adeo, cum vere utique, fuisse hæc anno 808 Malmundarium translata, existimasse ob jam dicta sit censendus, anno isti, quo id factum prodit, annus 848, uti verbis num. 129 huc transcriptis Marteneus suspicatur, debet substitui. Vidit id Molanus hincque, cum simul, quod anno 800 seu sub Carolo Magno gestum esset, occasione metus, a Normannis seu Danis, ferro et igne in Gallias longe lateque grassatis, incussi gestum esse non posse, conspiceret, non in dicto anno, sed in occasione, qua Malmundarium, quæ ibidem hodieque estant, Sanctorum nostrorum sacra lipsana fuisse delata, Malmundariensis scriptor anonymus refert, errorem cubare existimavit, præque metu hæc, priusquam id fieret, Condatum fuisse translata, commemorasse contentus, nullam plane, a quibus is ortus esset, Normannorum seu Danorum (verba ejus num. 124 huc transcripta videsis) mentionem instituit.

certaque ex hisce, fuisse per eundem

136 At vero, sciscitabere modo forsitan, cum Hildebaldis, de quibus modo hic multa, litteræ, non ad Carolum Calvum, sed e jam dictis ad Carolum Magnum fuerint conscriptæ, anne ergo ex iis, fuisse etiam reipsa a posteriore hoc principe Malmundario impertita, quæ ibidem hodieque estant, SS. Quirini, Nigasio et Scubiculi sacra lipsana, debet concludi? Ita quidem e jam dictis Malmundariensis, qui litteras illas integras in sua Comment. huic subdenda lucubratione num. 8 et 9 recenset, scriptor anonymus existimavit; ast sua illum hac in re sefessisse videtur opinio. Neque id cuiquam, vel audita, qua errasse eum puto, ratione, apparebit admodum mirum. Post verba, quibus, quas imperator, prælectis sibi Hildebaldis litteris, Malmundario, ut putavit, concesserit reliquias, exponit, ita mox prosequitur: Si quis vero tantæ existit amentia, ut super ejusmodi thesauro nobis a Deo collato fortassis audeat nutare, mittimus eum ad Rothomagensis ecclesie clerum, illic docebitur per veri testimonium, quod sæpe experti sumus per Dei auxilium. Nam, ut de presentia eorum omne auferatur dubium, testatur frequens per eos operatio virtutum, uti deinceps manifestabitur fide scriptorum; ita autem, fuisse adhuc tunc, cum hæc scriberet, an SS. Quirini, Nigasio et Scubiculi reliquias, quæ Malmundarium allate dicebantur, re etiam ipsa ibidem existerent, in dubium revocatum, indicare videtur, eritque forsitan, qui hinc, eum circa annum 1042, quo pariter, an Malmundarii vere existerent SS. Quirini, Nigasio et Scubiculi reliquias, dubitatum fuisse, Malmundariensis num. 119 huc transcripta Notitia docet, floruisse suspicatur; verum est etiam, cur, an suspicio hujusmodi sat fundata sit, dubiles.

137 Etenim SS. Nigasio et Scubiculi corpora una cum S. Quirini reliquiis Wambasio Rothomagensis

137 Etenim SS. Nigasio et Scubiculi corpora una cum S. Quirini reliquiis Wambasio Rothomagensis

tomagum anno 1032, ut supra vidimus, fuerunt adducta, idque verosimiliter Malmundarii (idcirco enim, an ibidem trium istorum Sanctorum, ut dicebatur, sacra lipsana eastarent, dubitatum fuisse reor) fuerit rescitum; cum autem sic habeat, nec tamen id Malmundariensis noster anonymus, utpote qui non tunc, sed eo ipso tempore, quo Quirini corpus Malmundarium, Nigasio corpus Rotomagum delatum fuisse, per verba num. 127 huc transcripta perperam notet, perspectum habuisse videatur, id enimvero, eum circa annum 1042 non floruisse, argumento est. Verum, quod certum etiam est, addo. In Opere nostro ad ix Julii diem de S. Agilolfo, episc. Martyre est actum; ex iis autem, quæ ibidem in Comment. Sancti hujus Actis prævio num. 27 et binis seqq. dicuntur, fuisse et S. Agilolfi Passionem et S. Quirini Malmundarium translationem ad eodem, qui et posterioris Sancti hujus miracula litteris mandavit, Malmundariensi monacho anonymo conscriptam, est perspicuum; ut proinde, cum hic, ut ibidem ostenditur, sub sec. xi finem floruerit, elapso equidem haud admodum magno post annum 1042 temporis spatio, Malmundarii iterum, an ibidem SS. Quirini, Nigasio et Scubiculi reliquias eastarent, dubitari, uti e mox dictis colliges, inceperit. Tollere itaque dubitationem illam ex hominum mentibus volens Malmundariensis noster anonymus monasterii sui scripta antiqua, ut in hisce, quæ suo huic proposito apta forent, reperiret, excusserit, cumque ea inter supra huc transcriptas Hildebaldis Coloniensis episcopi litteras invenisset, hæc, velut equibus, SS. Nigasio, Quirini et Scubiculi reliquias a Carolo imperatore pro monasterio Malmundariensi fuisse postulas, constaret, suæ de sacris illis pignoribus asceterio isti collatis lucubrationi inseruerit.

138 Verum id, quod putavit, e litteris illis, utpote in quibus ne nomen quidem vel Nigasio vel Quirini, vel Scubiculi legatur, neutiquam constat. Hildebaldis quidem in iis sub finem, postquam monasterium Malmundariense beneficia imperatoris suscipere in suis necessariis rebus edixit, sequentibus hisce, quid abs hoc per illud petatur, exponit verbis: Unde adest frater iste (Malmundariensis monachus) a nobis missus, nihil pompæ secularis appetens, nihilque horum, quæ prima mortales æstimant, sitiens; verum postulationes meas suosque affectus, uti per eum vel ab eo pernosceris, ostendens, postulationes meas suosque affectus per vos sive a vobis perducere ad effectum deprecans. Verum hinc, fuisse per Hildebaldum abs imperatore SS. Nigasio, Quirini et Scubiculi reliquias pro monasterio Malmundariensi postulas, quis concludat? Anne forsitan beneficium, quod esset a reliquiarum concessione diversum et tamen nec pompam secularem saperet, nec in iis, quæ prima mortales æstimant, consisteret, ab imperatore exposci haud potuit? Id sane haud perspicio, et, quamvis nihil postulatum fuisse hujusmodi, undequaque foret certum, nondum tamen inde fuisse re ipsa Nigasio, Quirini et Scubiculi reliquias per Hildebaldum ab imperatore postulas, posset inferri. In reliquiarum, quæ Malmundarii anno 1042 eastabant, Notitia, num. 119 huc transcripta, non modo SS. Quirini, Nigasio et Scubiculi, sed et SS. Justi, Audoeni et Melantii,

incroas
C. B.
sacra illa pignora Malmundario impertita,

concludere, ut fuisse videtur,

concludere, ut fuisse videtur,

F

AUCTOR
C. B.

Melantii itemque aliorum, ut dicitur, incognitorum Sanctorum sacralipsana recensentur; cum autem sic habeat, non quorundam e postremis hisce Sanctis, sed SS. Quirini, Nigasio et Scubiculi reliquias ab imperatore Hildebaldo poposcisse, ex hujus supra recitatis litteris, etsi etiam, per hasce nihil omnino, quod, a reliquiarum concessione diversum, vel pompam secularem saperet vel in iis, quæ prima mortales æstimant, consisteret, postulatum fuisse, dederimus, nemo merito intulerit.

haud potuit,
a nobis hic id-
circo rejicitur,

139 Jam vero, cum sic habeat ac proin e litteris illis ne quidem SS. Quirini, Nigasio et Scubiculi reliquias per Hildebaldum ab imperatore, ut scriptor Malmundariensis anonymus jam sæpe laudatus putavit, postulatas fuisse, constet, non est sane, cur ex iisdem litteris, etiamsi, ut supra docui, non ad Carolum Calvum, sed ad Carolum Magnum fuerint conscriptæ, fuisse a posteriore hoc principe Malmundario impertita, quæ ibidem hodieque existant, SS. Quirini, Nigasio et Scubiculi sacralipsana, quis concludat. Porro, cum nihilominus scriptor ille id, uti e jam dictis apparet, fecerit ac præterea, ut jam supra monui, sanctorum illorum pignorum Malmundarium translationem, quam sub Carolo Magno factam credidit, imo et determinato anno 808 illigandam putavit, cum metu, a Normannis in Gallias irrumpentibus, qui non nisi diu post annum illum ac Caroli Magni imperium locum habere cœpit, exorto, conjungat, certeque ex Hildebaldo, quas aliebat, litteris, fuisse per hasce Sanctorum nostrorum lipsana Malmundario postulata, concludi haud queat, eum ego, qui insuper, ut mox adhuc monui, S. Nigasio corpus, anno demum 1032 Wambasio Rotomagum e supra dictis allatum, fuisse eo jam inde a sec. IX seu tum, cum Malmundarium sacra C. Quirini lipsana deferrentur, adductum, perperam tradit, hic a nobis, veluti tempore, quo Sanctorum nostrorum, quæ Malmundarii hodieque existant, sacra lipsana eo fuerint delata, determinando ineptum, omnino rejiciendum, opinor.

Malmundariumque illorum translatio

140 Nec est, cur id cuiquam accidat admodum mirum. Is enim scriptor, ut in Commentario S. Agilolfi, quem supra adhuc laudavi, Passioni prævio num. 25 et seq. fas est videre, in rebus historicis, quas vel legit vel audivit, nonnullas subinde imperite confudit; ut enim vero non fuerit, cur Molanus S. Quirini Malmundarium translationem anno 808 ob ejus lucubrationem per verba num. 124 recitata innecteret. Nec fuisse etiam reor, cur id faceret Saussayus; melioris enim, quam sit illa, fidei haud existerit documentum, e quo, quæ verbis ibidem pariter huc transcriptis tradit, acceperit. Liqueat id vel ex eo, quod, non secus ac Molanus, fuisse Malmundario SS. Quirini, Nigasio et Scubiculi, quæ ibidem hodieque existant, reliquias anno 808 a Carolo Magno impertitas, scribat, ac præterea Parisiensem episcopum, quo intercedente, factum id ait, appellet Deofridum, quem, spectatis iis, quæ Gallia Christ. auctæ Scriptores tom. VII, col. 29 et seq. scribunt, diu ante annum 808 fuisse vita functum, oportet. Verum, cum hæc sic habeant, qua tandem via quæ ratione tempus, quo Malmundario concessæ eoque delatæ fuerunt, quæ ibi-

dem hodieque existant, SS. Quirini, Nigasio et Scubiculi reliquias, sat apte definiamus?

anno circiter
876

141 Hasce certe haud ante annum 872, verosimiliterque hunc ipsum annum inter et annum 876 Vadiniaco Condatum Normannorum metu fuisse delatas, ex iis, quæ supra num. 67 et tribus sequentibus disputavimus, fit perspicuum; cum autem sacra illa pignora, uti inter omnes convenit, Malmundarium non prius, quam cum Condatum Normannorum metu fuissent adducta, fuerint delata, consecrarium est, ut id certe ante annum 872 haud acciderit. Ad hæc, cum sacra trium Sanctorum nostrorum lipsana verosimiliter e jam dictis ante annum 876 Condatum fuerint adducta, modo hic, quam diu ibidem, priusquam Malmundarium deferrentur, permanserint, a nobis etiam, ut sic tempus, quo fuerint eo delata, defini propius queat, examinandum. Pauci dumtaxat temporis interstitio post tempus, quo SS. Nigasio, Quirini et Scubiculi itemque S. Pientia ossa metu Normannorum Condatum fuerant allata, elapso, B. Quirini corpus magna ex parte et ex reliquiis beatorum Nigasio ac Scubiculi ad locum, qui Malmundariensis dicitur, fuisse asportatum, disertissime verbis, num. 126 huc transcriptis, anonymus Translationis Sanctorum nostrorum scriptor sæpissime laudatus tradit; cum autem, uti e supra dictis nemo non statuet, scriptore illo tuto stare hic possimus, Sanctorum nostrorum sacra lipsana, quæ Malmundarii hodieque existant, fuisse eo verosimiliter anno circiter 876 delata, in animum induco.

E

142 Porro, uti in tempore, quo id factum, ita etiam in loci, e quo, eum eo primum adducta fuissent Sanctorum nostrorum corpora, Malmundarium fuerit S. Quirini corpus una cum SS. Nigasio et Scubiculi reliquiis delatum, situ assignando aberrasse a veritate Malmundariensis noster monachus anonymus videtur. Condatum enim seu ad Condatensem vicum, aut, ut loquitur, viculum, quo primum delata, et unde deinde Malmundarium fuere asportata SS. Quirini, Nigasio et Scubiculi sacra lipsana, diserte prope Parisios (verba ejus num. 127 huc transcripta videsis) collocat; cum autem, magis magisque in Gallias grassantibus Normannis, Sanctorum nostrorum corpora Vadiniaco, quo gentium horum furori subducerentur, a monachis Condatum, et quidem e dictis, haud ante annum 872, fuerint delata, ac tunc Normannis, qui, navigiis suis Sequana adverso vecli, Parisios usque jam inde ab anno 854, uti apud Pagium in Criticis videre licet, penetrarant, urbem hanc anno 857 exstarant sacrumque ibidem S. Germani asceterium anno 861 exusserant ac porro regionum, Sequanæ adjacentium, jugulo, ut ita loquar, quotidie imminebant, sacras Sanctorum exuvias in locis Parisiensium urbi vicinis, tutas fore, sperari nullo modo posset, quis, quæso, futurum fuisse, ut tunc Condatum, si locus hic, ut Malmundariensis anonymus ait, Parisiorum urbi fuisset propinquus, Sanctorum nostrorum corpora a monachis, tutiori loco hæc seponere studentibus, deferrentur ibidemque aliquanto temporis spatio relinquere, in animum facile inducat?

e viro Condatensi, qui eorum reliquias in diocesi Saussoniensi,

F

143 Scriptor anonymus, num. 68 laudatus, qui de beati Audoeni Translatione corporisque ejus

non autem,

ejus

A ejus integritate tractat, sancti Audoëni itemque SS. Nigasil, Quirini et Scubiculi corpora, invalescente Normannorum sævitia, Vadinia-
co a S. Audoëni monachis ad villam suam Condatum fuisse translata, diserte verbis, ibidem recitatis, tradit; cum autem villam, nomine Condatum, quæ prope Parisios sita fuerit ac ad Rotomagensem S. Audoëni abbatiam spectaret, nusquam commemorari inveniam, nominisque illius villam seu prædium, a S. Audoëno abbate isti collatum posteaque in prioratum mutatum, in diocesi Suessionensi Pomerayus in abbatiæ ejusdem Historia lib. 4, cap. xi locet, enimvero ad villam illam, supra Suessionas ad Axonam sitam, quam anonymus, translationis Sanctorum nostrorum auctor simpliciter absque addito Condatensem vicum appellat, non autem, ut Malmundariensis scriptor anonymus vult, ad viculum homonymum, qui Parisiorum adjaceret urbi, Sanctorum nostrorum corpora, inde post Malmundarium partim delata, Normannorum metu fuisse adducta, verosimilius e modo in hanc rem adductis apparet.

ut Malmundariensis anonymus, sibi, ut apparet,

B 144 Martenus, postquam integram Malmundariensis anonymi jam sæpe a nobis laudatam lucubrationem loco supra assignato e Trudonensi, uti in capite monet, Ms. transcripsit, sequentia deinde ei subjungit verba: In Ms. sequuntur miracula in adventu corporis S. Quirini martyris et reliquiarum SS. Nigasil et Scubiculi, Audoëni, Melanti, quæ consulto præterimus; cum autem sequentibus hisce verbis, Ut de presentia eorum Quirini nimirum, Nigasil et Scubiculi omne auferatur dubium, testatur frequens per eos operatio virtutum, uti deinceps manifestabitur fide scriptorum, lucubratio illa terminetur, miraculaque, quæ Marteneus studio a se prætermittit ait, fuerint abs hoc in eodem, in quo dicta lucubratio, Trudonensi Ms. reperta, hinc, quod supra dixi, videlicet et hanc et illa ab eodem laudato monacho Malmundariensi anonymo fuisse conscripta, confirmatur: nec dubito, quin miracula illa, quæ studio prætermittit Marteneus, sint ea ipsa, quæ sub titulo libri de miraculis S. Quirini martyris penes nos exstant, e Malmundariensi Ms. a P. Joanne Gaman-
C sio, Societatis Jesu sacerdote, accepta. Porro, ut ad id, quod huc spectat, modo veniam, miraculorum illorum auctor, qui a dictæ lucubrationis scriptore anonymo Malmundariensi diversus, ut monuit, non est, SS. Quirini, Nigasil et Scubiculi reliquiarum ex vico Condatensi translationem miraculaque, hanc in itinere Malmundarium versus comitata, narrare exorsus, fratres seu monachos, translationem illam facientes, secunda ab itinere e dicto vico Malmundarium versus suscepto die in suburbium Laudunense sub vesperam adducit.

non satis constat, existimasse videtur, prope Parisios,

145 Quare, cum Parisiis Laudunum, Gallice Iacon, viginti novem leucis distet ac proin factum esse non possit, ut e vico Condatensi, si hic Parisiis fuerit vicinus, secundo post suum ex hoc discessum die Laudunum, qui sacra pignora Malmundarium inde pedites transferebant, advenerint, fuerit indubie, si auctor ille ibidem recte scribat, e vico Condatensi, in diocesi Suessionensi ad Axonam sito, nec nisi leucis circiter octo a civitate Laudunensi remoto, SS. Quirini, Nigasil et Scubiculi reliquiarum, de qua hic agimus, translatio peracta, consecuta-

riumque proinde erit, ut is, utpote qui, SS. Quirini, Nigasil et Scubiculi reliquias metu Normannorum ad vicum seu viculum Condatensem, qui Parisiis adjaceret, fuisse adductas, indeque Malmundarium partim translatas, diserte, ut vidimus, tradat, sibi minime constet. Verum deinde Lauduno Resbacum, qui translationem peregere, deducit; cum autem eos, in Arduennam ac Malmundarium properantes, id itineris tenuisse, credibile nullo modo sit, in nostrum de S. Quirini miraculis Ms. suburbium Lugdunense pro Meldensi, ad quod, utpote decem dumtaxat leucis Parisiis distitum, eos sane, qui e vico, civitati huic propinquo, abierant, facile secunda post suum ex hoc discessum die sub vesperam appulisse, indeque Malmundarium properantes, Resbacum, in diocesi Meldensi situm, perrexisse, fidem haud excedit, per errorem forsitan irrepperit. Verum Resbacum seu leucarum spatio Meldis in ortum hybernum, distat, nec situm est in via, quæ Bastonacum, quo, qui sacra pignora ferebant, Malmundarium inde petaturi, pergebant, recta ducit; quare, etsi quidem, eos Resbacum Meldis ivisse, omnino incredibile non sit, verosimile tamen haud apparet. Quid si ergo in Ms., quod Malmundariensi anonymo præluvit, non in nomine Lugdunensis, sed contra in nomine Resbacis fuerit erratum?

146 Quid si is, qui e rebus historicis, a se auditis vel lectis, nonnullas imperite, ut dictum, confudit, Sanctorum nostrorum, quæ Malmundarii exstant, sacra lipsana, episcopo Parisiensi interveniente, a rege, dum hic Parisiis versaretur, obtenta fuisse, in Ms. sibi prælucente legerit, hincque vicum Condatensem, e quo translata fuere, prope Parisios situm fuisse, existimavit. Ut sit, vicum Condatensem, ad quem Sanctorum nostrorum corpora metu Normannorum fuere adducta et unde partim post Malmundarium anno circiter, ut jam statui, 876 fuere delata, non prope Parisios, sed in diocesi Suessionensi ad Axonam situm fuisse, ob ea, quæ supra de hoc argumento disserui, verosimilius opinor. Anonymus quidem Translationis Sanctorum nostrorum auctor apud Marteneum loco supra assignato num. 3 de corporis S. Quirini una cum SS. Nigasil et Scubiculi reliquiis ad monasterium Malmundariense translatis sermonem faciens sic scribit: Qua vero ex causa quove id factum sit ordine, quibus etiam signis eorum Dominus merita declaraverit in ipso translationis itinere, nequaquam oblivione interlita, sed ab iis, quibus hoc contigit, in presertiarum litterali solertia sunt tradita. Verum Malmundariensis scriptor anonymus, qui SS. Quirini, Nigasil et Scubiculi e vico Condatensi ad Monasterium Malmundariense translationem signaque hanc comitata litteris est complexus, ducentis ut minimum (num. 137 dicta videsis) post illam annis floruit ac proin ex illis, quos et rei gestæ interfuisse et hanc juxta ac causam, ob quam, et ordinem, quo facta sit, una cum miraculis, quæ tum contingere, litteris commendasse, Translationis Sanctorum nostrorum scriptor anonymus alter per verba jam nunc recitata ait, certissime non est; sese autem illorum etiam, qui, de qua modo hic sermo, translationi interfuisse, antiqua de hac scripta sibi prælucentia
non

ACTOR
C. B.

situs fuerit, facta statuatur.

A. ANONYMO. non habuisse, ipsemet prodit, dum eos, qui adhuc, an Malmundarii essent Sanctorum nostrorum reliquiarum, dubitare auderent, ad Rotomagensem, quo abs hoc veritatem discant, clerum, non autem ad antiqua sibi prælucentia Mss., e quibus de hac constet, sub Lucubrationis suæ finem remittit.

miraculaque tunc et post eorumdem ope patrata Commentario huic subduntur.

147 Verum, etsi hic habeat, miracula tamen, tam quæ Sanctorum nostrorum e vico Condatensi translationem comitata, quam quæ deinde in Malmundariensi, quæ S. Quirini appellari exinde cepit, ecclesia, cum sacra illorum ipsana essent ad hanc adducta, fuisse eorumdem ac præcipue S. Quirini patrocinio patrata, narrat, e Scriptis antiquis sibi præluentibus hausisse videtur. Ita autem, primo quidem, quod de illis Sanctorum miraculis seu, ut loquitur, virtutibus acturus, sequentem pro firmanda, qua apud Malmundarienses existere Sanctorum nostrorum reliquiarum creduntur, fide loquatur in modum: Ut de præsentia eorum omne auferatur dubium, testatur frequens per eos operatio virtutum, uti deinceps manifestabitur fide scriptorum; deinde vero, quod nonnulla e miraculis illis narret, hæcque sese e Mss. antiquis hausisse Translationis Sanctorum nostrorum scriptor anonymus sæpissime supra laudatus apud Marteneum loco supra cit. insinuet. Cum itaque miracula illa, veluti creto falsa, rejicienda haudquaquam videntur, nec parum ad cultum, quo SS. Nigasius, Quirinus et Scubiculus Malmundarii gaudent aut certe olim fuere gavis, probandum conferant, ea ego, quot, ut dictum, et ab eodem Malmundariensi anonymo, a quo Sanctorum nostrorum Malmundarium translatio, sint conscripta, et partim cum hac quamproximo connexa, Com. huic serie continua sub unius ejusdemque, quæ simul et illa et Sanctorum nostrorum Malmundarium translationem complectitur, lucubrationis, in capita ac numeros pro more nostro divisæ, titulo e Malmundariensium patronorum Ms., cujus apographum una cum S. Agilolfi, episcopi Coloniensis martyris, Passione, ex eodem Ms. accepta, P. Joannes Gamansius, Societatis Jesu sacerdos, Colonia Antverpianam anno 1688 misit, subjungo.

C

TRANSLATIO

MALMUNDARIUM ET MIRACULA,

Auctore monacho Malmundariensi anonymo,

E patronorum Malmundariensium Ms., cujus apographum P. Joannes Gamansius Colonia anno 1688 misit.

CAPUT I.

S. Quirini corpus, S. Nigasii brachium dextrum, et S. Scubiculi reliquiarum Malmundariensi monasterio impetrantur a.

Annus erat ab Incarnatione Domini octingentesimus octavus b, cum disponentis omnia Deitatis miseratio, nostris prospiciens necessitatibus, ob hoc pretiosissimi Quirini martyris beatissimo nos ditavit corpore, ob hoc etiam Collegarum ipsius reliquias nobis contulit sua dignatione, ut, qui nulla roboramur auctoritate meritorum, eis intervenientibus, perducamur ad gaudia civium supernorum. Cujus autem rei occasio tanti muneris nos effecerit participes, in primis optimum duximus ad posteram transmittere nationes, ut veri amatores veritatem per omnia sectantes paulatim ad eorum enarrandas perveniamus virtutes.

2 Carolus imperator monarchiam regni virtute, consilio prudentiaque gubernabat, et rempublicam non modo armis tuebatur, verum etiam legibus emendabat, moribus exornabat. Ante omnia Regem omnium Christum, sine quo nullus juste regnat vel imperat, diligebat, diligens meuebat, ejusque mandatis obsequendo, volebat se potius prodesse sæculo, quam præesse populo. Munitus erat armis justitiæ, ne corrumpetur amore pecuniæ, ne deviare, a vero per acceptionem alicujus personæ. Gaudet de ejus regimine Francorum regnum, lætabatur de ejusdem dominio Romanum imperium, tripudiabant divites et egeni omnesque Ecclesiæ filii. Ante ejus conspectum superbia resupinata iniquorum elanguit, cupiditas superbiorum incurvata torpuit, innocentia pauperum afflicta convuluit. Non licuit majoribus minores opprimere, sed dicere potius: minores majoribus obedite. Vidit eum superbus terribilem, humilis mitem. Fines imperii, ne ab hostibus irrumperentur, strenue defendebat, ipsos-

SS. Quirini, Nigasii et Scubiculi reliquias

Carolus imperator, in cujus laudes

A sosque ad abundantiozem Ecclesie pacem dilatare contendebat.

anctor ecur-
rit.

3 Adversus inimicas gentes pugnas egit frequentes, voluntarias ad serviendum voluntarie suscepit, paratas ad resistendum paratis copiis invasit, invasas superavit, superatas cepit, captas interfecit. Nullis parcebat regnis se ei subdere recusantibus, omnibus parcebat populis, spontaneas manus ejus ditioni subjicientibus. Virtutis ejus potentiam nunquam potuit effugere, nisi qui virtutis ejus potentie sua colla maluit inclinare. Ab exortu phebæe lampadis usque in extremos fines Oceani, quid ejus posset brachium, omnes experti sunt populi. Quamvis diversis regnis imperaret, quamvis in diversa regna imperium suum protenteret, Ardennam c præ ceteris fertur adeo coluisse fortunis, Ardenna in extremis suis adeo indoluisse, ut eam doloris et miserie inclamaret plenam, quam suo decessu Carolus imperator relinquebat solam. Præterea ecclesiarum et sanctorum locorum præ omnibus curam gessit, pauperibus, peregrinis, viduis, orphanis, omnibusque B necessitatem patientibus pie subvenit.

occasione hic
exposita a
Malmundariensi,

4 Cum tot et tanta negotia sustineret princeps potentissimus, in nulla unquam sui laude sese jactabat penitus, ne conscientie se probantis minueret secretum, ostentando factum et fame recipiendo pretium. Cum, inquam, utpote in tanta sublimitate constitutus, semper innumeris curarum impediretur successibus, interque eruptiones hostium et incendia bellorum graviter fluctuaret, itemque de pace regni constituenda cum domino Hildebaldo Agrippinæ Colonie, quippe vita et sapientia venerabili valde archiepiscopo, ageret, Odolphus quidam, monasterii nostri præpositus, hujusmodi negotii erat internuntius, et, ut ita dictum sit, domini archiepiscopi apocrisiarius erat, vir et ipse valde idoneus, qui etiam proxima consanguinitate pollebat inter eos præcipue, qui nobiles tunc temporis palatio regis videbantur adherere.

qui gratia plurimum apud eum valebat, præpositio Odulpho,

5 Hujus rei gratia virum illum ipsi principi cunctisque ejus primatibus, credo non sine divina dispositione, tanta devinxit familiaritate, ut nullus vel pauci sederent apud eum in proprio loco amicitie; adeo enim illa regalis potentia benevolentie fratris se inclinavit, ut humilitatem illius in audaciam petendi, si quid vellet, dignaretur erigere, promittens verbo fidei, nihil illum frustra velle, quod regie dignitatis esset præstare. Sed ille, ut verus monachus, qui nec se ipsum curabat habere in hoc mundo, dicebat nihil sibi præter gratie sue donum esse desiderio, se adprime regio ornatum munere, quem in ulnas amicitie sue dignatus esset tam benigne suscipere: præterea omnem monachum ditissimum sola paupertate contentum, illum contra pauperem et miserum, qui neglecta monachi continentia, haberet vel habere vellet argentum vel aurum: sic abstinentia fratris tanto majorem apud principem inibat laudem et meritum, quanto majorem habebat constantiam in contemptu regaliū donorum.

a monachis suis, ut hæc peteret, impulsus

6 Comperta autem a fratribus nostris tanta viri gratia, non certe invidie, non indignationi, immo cunctis maxime fuit Joeunditati, existimantibus unius familiaritatem commune omnium quoque fore commodum, ut postea per ipsum potuit effectum. Continuo diligenti indagatione fuit cura omnibus secum pertractare,

cujus rei adeptione præcipue dignum esset prædictum fratrem in regias aures preces porrigere, ne tanti principis benignitas incassum obtulisset sese. Tandem divinitus hoc unum consilium, hæc una sedit omnibus sententia, id esse petendum, quod monacho competeret, quodque largiri regiam majestatem deceret. Est viculus Condatusium, urbi adjacens Parisiorum d, ubi corpora Sanctorum martyrum Nigasi, Quirini et Seuviculi metu olim Danorum regiones præda et incendio vastantium a suis, ubi prius posita fuerant, translata sedibus, usque ad id temporis locis tenebantur mediocribus.

A. ΑΧΟΝΗΒ.

7 Hos quoniam noverant beati Petri apostoli fuisse discipulos et a Clemente apostoli successore cum sancto Dionysio in Gallias gratia convertendi populum destinatos e, nihil melius, nihilque dispoſuere postulandum congruentius, videlicet, ut ejus fuerant auditores in doctrina et virtutibus, eidem etiam adhererent corporetenus. Et ut hæc petitio faciliorem in regias aures sibi pararet aditum, faciliorem etiam tam ardua rei consequeretur effectum, placuit omnibus in auxilium tam pie devotionis uti patrocinio archiepiscopi Coloniensis; ut adjuncta tanti viri auctoritate plus posset in impetrando gratia fratris. Petierunt itaque a præsule deprecatorias ad regem pro adeptione tanti thesauri litteras; quas ab illo cum summa benevolentia concessas per supradictum fratrem legerunt in auribus regis, forte illis diebus Parisii commorantis hoc modo recitandas.

commendatitæque Hildebaldi Coloniensis episcopi litteris,

8 « Clarissimo imperatori Carolo Hildebaldo, quæ integræ

« Coloniensis sedis non dico Rector, sed imbecillus adjutor, in eo regnare et vincere, cui « servire est veram libertatem affectare. Egre- « gia benignitas vestra, princeps inclyte, et cun- « ctorum, quos novi, clementissime, dat non « modicam fiduciam petitionibus meis impe- « trandi etiam quælibet ardua, quia vota mea « plerumque pietatis vestra auribus admissa « nesciunt adhuc, quid sit repulsa: itaque cum « fide implendi desiderii audeo non solum pro « meo, sed etiam pro alieno negotio precibus « majestatem vestram interpellare, et hunc tam « vestri quam nostri familiarem monachum « communem et meam et suam causam loquutu- « rum pietati vestra præsentare, ejus deside- « rium dignum et laudabile a vobis primum au- « diri, deinde etiam exaudiri sit bonitatis vestrae. F

9 « Est in partibus nostris locus quidam, cui « Malmundarium inditum est nomen f, a suis « fundatoribus principis apostolorum Petri pa- « trocinio consecratus, ab antecessoribus ves- « tris satis decenter constructus: ab eisdem ma- « gnifice regalibus donis exornatus, qui tametsi « gloriam et liberalitatem eorum in multis te- « stetur muneribus, tamen æque beneficia ve- « stra suspirat in suis necessariis rebus; unde « adest frater iste a nobis missus nihil pompæ « secularis appetens, nihilque horum, quæ pri- « ma mortales æstimant, sitiens; verum postula- « tiones meas suosque affectus, uti per eum vel « ab eo pernoscetis, ostendens; postulationes « meas suosque affectus per vos sive a vobis per- « duci ad effectum deposcens; impetret hoc pre- « cum humilitate et servitii devotione qualis- « cumque tamen Coloniensium pastor, quo nemo « vobis fidelior, nemo obediendor. Fac, Domine « mi rex, fac velle si potes, at, cur dixi, si po- « tes? imo fac velle, cum non desit posse. »

huc transcribuntur,

10 Istis litteris in aure regis perlectis, cogitatisque

A. ANONYMO,
munito, easdem
rogatus,

gnitisque postulati et postulantis causis, aderant plurima quæ hanc legationis causam agebant, juvabant, promovebant, hinc ipsius nuntii familiaritas, illinc episcopalis auctoritas, quæ omnia suffragatione honesta et multiplici regis supplicabant majestati. Quam igitur repulsæ abjectionem, quam possent tanti intercessores vereri contradictionem? Nam fratrem illum non exaudiri, quem sæpius ad petendum aliquid rex invitaverat, esset indignum: pontificis non attendere auctoritatem, qui sæpe et multum in spem gratiæ laboraverat, foret absurdum: dignitatem ipsius petitionis, tantummodo religiosa et sancta quærentis, justo examine non pendere fortasse videretur incertum.

benignissime

11 Itaque benignissime tam piis votis assensum dedit, sed tamen in tanta re quia prudentum opus erat consilio, omnes curiæ proceres ætate et sapientia præditos in aulam convenire jussit, præcipue illos, quorum solertiore providentia commodius et decentius regni tractabatur negotia. His sibi cunctis astantibus, quod apud se dictante clementia agendum proposuerat, in commune omnium consilio tractandum quasi dubius protulit, sententias eorum quasi ipse incertus animi exposcit, utrum eos, de quibus agebatur, concedere debeat, inquisivit. Primus fuit in respondendo, qui prima vox ibi erat in consilio, Parisiensis scilicet episcopus, et quia nostro Coloniensi pridem et optime notus, et summa familiaritate devinctus erat, plurima ejus beneficia in regem fideliter acta coram omnibus commemoravit, multisque laudibus viri illius gratiam, quæ prius apud principem magna erat, multo majorem fecit.

episcopi Parisiensis suavis

12 Dehinc jam satis comparata sibi ipsius regis omniumque qui astabant benevolentia, ipsa, inquit, tanti viri fides et bonitas, Domine rex, satis in hac re sunt tibi consilium: ipsa ejus merita, quid illi respondeas, nobis tacentibus, non incertum præbent indicium. Quis enim in administrandis regni negotiis sic devotus, quid ad omnia pericula subeunda magis promptus, quam ille inclitus frater noster Hildebaldus? Sed supervacaneum duco eum pietati vestræ meis laudibus gratificare, quem constat apprime vobis vestrisque sua commendatum probitate. Decet igitur principem regis majestatis tantum pontificem regis compensare beneficiis: unde si regis placet pietati, favendum censeo tanti pontificis petitioni.

Malmundariensis est impertitus.

13 Quid multa? Assensit imperator huic sententiæ cum optimatibus suis, perque ipsius manum Sanctos efferi de suis mandavit locis, bonis omnibus satians desiderium nostrum, e tribus unum nobis beatum transmittendo Quirinum. Sanctum antistitem Nigasium suæ sedi restituendo, scilicet urbi Rothomagensium *g*: ejus etiam nobis largitus est brachium dextrum, cum reliquiis Levitæ Souviculi, Melantii episcopi, casula quoque sancti Audoëni itidem Rothomagensium archiepiscopi. Si quis vero tantæ existit amentia, ut super ejusmodi thesauro nobis a Deo collato fortassis audeat nutare, mittimus eum ad Rothomagensium ecclesiæ clerum, illic docebitur per veri testimonium, quod sæpe experti sumus per Dei auxilium. Nam ut de presentia eorum omne auferatur dubium, testatur frequens per eos operatio virtutum, uti deinceps manifestabitur fide scriptorum.

g

D

ANNOTATA.

a *Titulum hunc cap. subjecto, etsi, quod huic respondet, scriptum de Translatione et adventu corporis S. Quirini martyris ab auctore suo Malmudariensi monacho anonymo in Ms. mihi prælucente inscribatur, præfigendum duxi, quod in scripto isto vere de sacris Sanctorum nostrorum lipsanis Malmundario impetratis, non autem de hisce eo etiam translatis, agatur.*

b *Comment. prævium num. 129 et seq. videtis.*

c *Ardenna, Cæsari et Tacito Arduenna; sylva est Galliæ et Belgii maxima, per ducatum Luxemburgensem, ditionem Leodiensem et Hannoniam extensa.*

d *Nominis hujus vicum, qui prope Parisios situs sit, nullum novi; verum cum civitas hæc quam maxima post sec. ix incrementa acceperit, ac tum forte, qui modo includatur nomenque amiserit, vicum hujusmodi sibi adjacentem habuerit, erroris sane ex eo, quod Condatensium, ut loquitur, viculum prope Parisios hic collocet, insimulari Malmundariensis noster anonymus haud potest.*

e *An vere a Clemente Papa missus in Gallias fuerit Dionysius, Parisiensium apostolus, ad ix mensis hujus diem, quo is colitur, examinavimus.*

f *Loci hujus, qui vulgo Malmedy vocatur, notitiam et situm in Comment. prævio num. 64 exposui; de illius autem ædificatione et diplomatibus instrui potes ex Analectis S. Sigiberti regis, die 1 Februarii, a pag. 24.*

g *S. Nigasii corpus non tunc, sed anno demum 1032 Rotomagum fuisse adductum, in Comment. prævio § v ostendi.*

E

CAPUT II.

Malmundarium e vico Condatensi SS. Nigasii, Quirini et Scubiculi reliquiarum translatio, miraculaque hanc comitata a.

Divina bonitas voluit omnibus notum facere, quanti habeat Sanctos in cœlesti mansionem, mirificans eos in conspectu hominum per operationes mirabilium suorum, de quorum multiplici numerositate hic exordium sumimus loquendi, ut glorificetur Deus in miraculis, qui voluit esse admirandus in Sanctis. In eorum *b* ex vico Condatensi translatione fratribus nostris *c* ingens fuit exultatio, etiam a populo utriusque sexus cum accensis cereis prosecutio. Ea dies immanitate ventorum, inundatione imbrum, tonitruique fragore a mane usque ad sextam sat difficilis, qui cujusque essent meriti, qui transferebantur, indicio patefecit signi succedentis. Nam ex luminariis, quæ vulgi ferebantur manibus, nullum extingui valuit spatio quatuor milliariorum; quodque adhuc extat jo-

Cum exultatione, miraculo etiam hanc agente, e vico Condatensi Sancti efferuntur,

b

c

A cundius, ne una quidem pluviae gutta fluxit super corpora Sanctorum.

puero surdo, muto et contracto conferrunt invocati sanitatem,

15 Huic adjicitur miraculum, quo in Sanctis suis glorificatus est Conditor rerum. Nona submissum volverat hora diem, noctisque vicinitas coquebat eosdem fratres quiescere post laboris et itineris fatigationem. Libuit ergo in quoddam pratum succedere, eo quod herbarum fertilitas et fons præterfluens multum loco amenitatis et commodi videbantur præstare. Nec res latuit incolas loci illius, certatimque infirmos suos deferebant certam salutem præsumentes tantis Intercessoribus. Inter alios puer, nomine Helpricus, matris mœstæ portabatur brachiis, qui vocem non ore dabat, non aure trahebat, quin ex contractione deformi deformia membra gerebat. Is novennis erat et novem ætatis annos in ipsa ægritudinis molestia expleverat; sed ad primos genitricis adventus officio fungitur loquelæ atque auditus *d*. Mater attonita tantæ rei miraculo, prout noverat, gratias referebat Deo. quia, antequam pro eo funderent oratio, affuit ei obtentu Sanctorum ipsius miseratio: super

B quo fratres non minimum læti feretrum statuere deponi. Puer ille, dum propter accumberet, sopore detentus est. Excitus a somno letatur munere sumpto, munere dico optatæ salutis in erectione prius contracti corporis.

ad Laudunensem, ubi contractam alterum curant, suburbium advehuntur,

16 Jam crastina infulserat dies, cæptamque fratres viam insistentes, cum sol Occiduis radios immergeret oris, pervenerunt in suburbium Lugdunensis civitatis *e*: nec mora, res passim vulgata ad pontificem loci usque pervolvit, qui veniens obnixæ fratres postulabat, ut sese crederent mœnibus urbis, sublati secum Santorum reliquiis. Quod utrum pia mente voluerit, nobis incertum est. Verumtamen rei probavit eventus, cujus fuerit intentionis vel affectus: fratribus assensum præbentibus, nitetur episcopus ille primus appositis manibus, humeris cum * impositurus, feretrum sublevare, sed, admissa etiam militari manu, frustra diu laboratum est. Ita enim solo hærens manebat, ut tanquam mons immobilis penitus moveri non posset. Advertens itaque, quod temptaverat, non licere, eos ibidem nocte illa degere jussit, tentorium ob honorem Sanctorum super eos expandit, alimoniam sumptus affatim eis suppedavit. Exactæ noctis tenebras aurora fugarat, rursumque antistes adveniens cum clero cumque devoto populo Missarum solemnia solemniter complevit officio. Quo in loco non defuit Sanctorum velut ubique protectio. Quidam enim Albus toto corpore contractus, alieno auxilio delatus eorumque presentia illatus, repente in ore astantium erigitur, erectusque suis lætatur vadere plantis.

raptorum seu furum insidiis mirabiliter subducuntur,

17 His itaque gestis, fratres, resumpto salutari onere, carpebant iter cum ingenti exultatione transitoque manasterio, cui Resbacis est vocabulum *f*, jam quartum ab eo fecerant miliarium, cum prior exultatio repentino mœnore nonnihil illis subintulit triste; audientes enim vicini circumquaque rumorem eorum, diabolico instinctu in unam conspirare sententiam, ut thesaurum a Deo collatum auferrent per violentiam. Cumque id perficere vellent opere, immisit Dominus inter utriusque partis viros tam densam nebulam, ut ad se invicem nullo modo valerent accedere. Ita pravorum insidiis nequaquam proficientibus,

vina protectione tuti evasere nostri, animis exultantibus. Hæc est, bone Jesu, tuæ miserationis operatio. His virtutum titulis universo innotescit mundo. Ita quondam populo tuo, filiis Israël, adfuisti manu defensionis, disperdens hostes tuos in brachio tuæ veritatis. Illos Ægypto eductos in ignis columna protexisti, nobis non dissimiliter *; quos provideras patronos, de medio inimicæ gentis, nebula famulante, salvasti.

18 Multis ergo laboribus insumptis, multis etiam tam latronum quam et viarum timoribus permeatis, tandem perventum est in Arduensem pagum *g*, ubi ab accolis villa ædificata nomen antiquitus sortita est Bastonia *h*. Hic adolescens, ignota luce trahens natales tenebras, tanto acriore parentes afficiebat planctu, quanto diligentius parentum fovebatur affectu; sed confide Deo, parentum dilecta societas; gaude, adolescens, in hac sorte tua, quia post auræ fluctuantis tempestuosa pericula, grata superveniet, quæ non sperabitur, hora. Ergo spe et fiducia salutis percipiendæ sistitur cum precibus Martyrum presentia, adduntur etiam precibus *E* devotis fletus uberes, ut, quod natura negarat, supplicum extorqueret fides. Flectitur his pietas Deitatis, de fonte cujus processit medicina salutaris, tenebrisque remotis implevit vacuus ignoto sole fenestras *i*.

19 Inde fratribus progressis, aliamque ejusdem pagi villulam nomine Wisibronam *k* ingressis obviam fit quidam paralyticus, vix bacillo regente, ut illa possit infirmitas, debiles sustentans artus. Is gravia ex imo pectoris trahens suspiria Sanctorum supplex implorabat suffragia, cujus petitioni, quia semper sunt præstandi faciles, annuentibus eis, concepta valetudine stringitur in solidum qui fluxerat antea nervus. Mirantur homines tam subitam viri mutationem, obstupescunt nihilominus insolitæ ambulationis directionem, Deique gratiæ attribunt in laudibus, quæ per Sanctos Dei fiebant virtutibus.

Wisibrona paralytico gratiæ faciendæ facultatem,

20 Solet peritus venator per id locorum venabula tendere ubi plures ferarum cura pascuæ abundantioris novit confluere, piscantum seu aucupum solertia inibi retia jacere ubi nantum seu volantum copias valeat comprehendere. Haud secus Sancta hujus socialitatis fraternitas, quaqua transitum habuerat, suæ sanctitudinis monumenta linquebat, utque vivens lucrandis animabus insudaverat, non minus in gaudium Domini sui recepta corporum infirmitates procurabat. * Ut ergo ex itineris rectitudine contigit ad villam Amblavam *l* eos accessisse, ex operis claruit specie, quanta meritorum vigeant perfectione. Jam cæli medias Phœbus conscenderat arcæ, horaque instante oportebat fratres lassitudinem reparare victus necessarii necessaria consuetudine. Inter agendum in ecclesia clauduntur corpora Sanctorum cum puero septem annorum, cui miserimo genere passionis spem sustulerat vivendi miserima deformitas contractionis.

Amblava miserimum in modum

21 Nam adeo miserabilis increverat morbus, ut caput cruretenus recurvum pene inhaereret natibus, ut deforme monstrum aspicias, nec hominem a monstro discernere queas. Stabat uterque parens pro foribus, filii calamitatem deflens, vitam et salutem filii Sanctorum commendans dispositioni. Quid agebatur in ecclesia additus solius erat nosse Divinitatis, solius *etiam*

i. e. curabat

contracto incurvum,

A. ANONYMO.

etiam martyrum devotionis pro infirmo apud Deum intercedentis. Audite valere preces parentum ad Sanctos, Sanctorum ad communem Dominum, ægrumque jacentem consequitur festina salus, adstante in pedes moribundos ad vitam subrigit artus. Illo deinceps incolumi reperto, populus stupere miraculo, fratres nostri flere præ gaudio, Christi nomen prædicari ab omnibus, per quem tantum gratiæ suis infulsisset Martyribus.

et ad fontem, S. Quirini post dictam, mulieri diutissime incurvata sospitatem impertuntur.

22 Exin aliquantis per confecto itinere, venit ad quemdam fontem, ubi propter æstum oportuit quiescere ad refocillandam corporum necessitatem. Interea mulier, illi ex Evangelio æquiparanda; nam sursum aspiciere non poterat. Jam decem et octo annis incurvata Sanctis prosternitur, qua valuit, devotione orans, qua diu caruerat, donari sospitate. Succedunt orationi lachrymæ: vox occupatur singultu quatiente, lingua fletibus præpeditur, et in medio conatu sermo gemitu interrumpitur. Vere dixerim illam plus meruisse, dum lachrymatur, quia lachrymæ non postulant veniam, sed merentur.

B Restituta ergo petitioni suæ ad sua rediit cum exultatione. Ex eo fons ille appellatus est sancti Quirini; quod nomen hodierno reservavit tempori, nec immerito; est enim non solum dulcis ad potandum, verum etiam sanitates conferens pro fide postulantium.

Campaniati a feretro suo donum,

23 Est in proximo locus, quem dicunt Campaniati *m*, ubi in adventu beatissimæ hujus sodalitatæ divinitas claruit ex ostensione suæ virtutis, Sanctorum patuit meritum ad gloriam divinitatis. Quia inibi perpulchra ad quiescendum videtur planities, qui beatas ferebant reliquias, solo straverant sua corpora fratres, seu causa reparandæ lassitudinis, seu expectatione populi subsequenti, fama siquidem celebris asciverat undique plebis multitudinem copiosam, et, ut res tantæ novitatis exigebat, sua nonnulli munera pro posse honori Sanctorum deferabant. Inter eos, quibus mens et voluntas inerat sua largiendi, mulier pannum lineum attulit, feretro beatorum super expandit, sed res in contrarium relapsa ostendit, pannum illum venisse ex parte adversa. Mox enim ut contigit feretrum, tanquam vento vehementi repulsi ferebatur per aeris spicium; donec populi circumjacentis terræ corruens transiret numerum; qui secundo tertioque experientia causa super impositus, secundo tertioque simili modo, ut prius, est repulsus.

injuste a muliere comparatum, repellunt

24 Unde datur intelligi, sanctos Martyres nihil velle injusti, qui veræ justitiæ inhaerentes sanguinem fuderunt pro nomine Christi. Hæc mulier super hujusmodi conventa reatum suum hoc modo est confessa. Consuetudinis, inquit, est mulieribus, linum suum fluentis aquarum imponere, ut, hinc assumptis viribus, ad usus necessarios fiat tractabile. Ex eo diversis locis diversas partes clam auferens, ut ex aliena abundantia consulerem paupertati meæ, non sum reverita subire notam hujus infamiæ. Sic effata palam penitentiam gessit errati, concessura deinceps sordibus similis delicti, sic mulieris illius infamis detecta est iniquitas, sic Martyrum Christi admirabiliter manifestata sanctitas. Rem dicturus sum tanto mirificam, quanto gloriosam, et, quia hodieque videtur, fide plenam. Locus ille, ubi Sanctorum requievit corpora, vel ubi popularis circumsevit caterva, viriditatem sui perpetuo conservat gramine,

ut nec æstivo exuratur fervore, nec hiemali admatur frigore. Perpendat quisque fidelium, quanti valeant apud Deum in cælis, quibus tantum gratiæ a Deo collatum est in terris.

25 Abhinc fuit subeunda quies per diuturnos a fratribus nostris petita sudores, suisque sedibus beati Martyres inferendi, quas ad nostram salutem eis Dominus prælegerat ab exordio mundi. In quorum susceptione, quantum, jocunditatis confluit in clero et plebe, quis peritorum perito explicet sermone? Quere videres e tota vicinia senes cum junioribus, et e cunctis properare locis pusillos cum majoribus, tantis omnes animi perflaverat ardor patronis suis occurrere, occurrendo famulatum quemque pro modo suo exhibere. Si quos etiam in rebus necessariis occupaverat cura seculari, exoccupari gaudebant voluntarie, dummodo cupitis gaudiis contingeret eis interesse. Erant, quos ætas curvaverat in senium, quosque stratis injeceat debilitatis infortunium, hos quædam vis ex Deo rapiebat ad voces lætitiæ; tanquam oblitos ætatis et infirmitatis suæ.

ac tandem Malmundarium allati

26 Ergo universis ad diversa munia currentibus, quidam, remoto viarum obice, vias in planum componere, vicibus nonnulli certatim oneri Sancto succedere, quibus id non datur effectui, magnæstimant vel feretrum sequendo intraeri. Ergo laudibus hi, plausibus illi persultabant, et commune decus parili pietate salutabant. Tali excipiunt honorificentia, quos Deus inæstimabili sublimavit gloria, tali, inquam, introducuntur magnificentia remedium et solamen peccaminum nostrorum futuri per secula. Intransibiles sane gestatoribus pignorum beatorum monasterii limina, miræ dulcedinis efferbit mira fragrantia, diebus ferme unius mensis indicio durans Martyrum sanctitatis. Ex eo cæpit nomen eorum haberi celebre, eorum suffragis undique plebs infirma concurrere, uti dein per nos fideliter erit referendum.

E honorificentissime, miraculo etiam eorum adventum illustrante, suscipiuntur.

ANNOTATA.

a *Etsi Lucubrationis, jam partim cap. proxime prægresso datæ, qua de SS. Quirini, Nigasi et Scubiculi reliquiis e vico Condalensi Malmundarium translatis miraculisque, eorum ope patris, Malmundariensis monachus anonymus agit, pars posterior solo libri de miraculis S. Quirini martyris titulo abs hoc afficiatur, re tamen vera trium istorum Sanctorum nostrorum Malmundarium translationem miraculaque in hac et post tam SS. Nigasi et Scubiculi, quam S. Quirini ope patrata complectitur. Hinc illam duo in capita, quorum altero, titulo huic subjecto, dicta translatio miraculaque, hanc comitata, altero miracula, eamdem translationem subsecuta, exponuntur, sum partitus.*

b *Videlicet SS. Quirini, Nigasi, Scubiculi et Melantii, quorum reliquias, Malmundarium deferendas, impertitas Malmundariensibus ab imperatore fuisse, cap. proxime prægresso sub finem anonymus noster narravit.*

c *Per Fratres hic indubie designantur monachi Malmundarienses, sicque unum ex hisce sese hic scriptor noster anonymus prodit.*

d *Miraculum istud, in puero Helpertico patratum, Translationis Sanctorum, qui, ut supra in Commentario prævio monui, Rotomagensem*

CAPUT III.

Miracula, SS. Quirini, Nigassii, et
Scubiculi reliquiis Malmundarium delatis, patrocinio eorum
ibidem patrata a.

A gensem S. Audoeni monachum se prodit, scriptor anonymus, nonnulla a sese e signis, quæ in eorum Malmundarium translatione contingere ac ab iis, qui huic adfuere, memorie sunt prodita, memoranda præfatus, apud Marteneum in Thesauro novo Anecdotorum loco in Commentario prævio plus semel assignato etiam narrat; ut sane, quin id in itinere, dum SS. Nigassii, Quirini et Scubiculi reliquiæ Malmundarium transferrentur, contingerit, dubitandum non sit, utque proinde miraculis, in Mellentina S. Nigassii ecclesia patratis, a Davanneo in Sanctorum nostrorum Vita cap. 71 perperam accenseatur.

e Lugdunum, Clavatum scilicet, modo Laudunum, Gallice Laon, episcopalis est sub Aëp. Remensi in insula Franciæ civitas, 29 aut 30 leucis Lutetia Parisiorum distans; cum autem Malmundarienses monachi, qui SS. Nigassii, Quirini et Scubiculi reliquiis e vico Condatensi Malmundarium transferebant, secunda a suo inde discessu die ad civitatis illius, uti hic traditur, suburbium pervenerint, id vicum illum, non prope Parisios, sed in diocesi Sæssonensi situm fuisse, argumento est. Adi Comm. prævium num. 142 et seqq.

f Virum est Ordinis S. Benedicti in diocesi Meldensi Majorem inter et Minorem Mucram monasterium, verum pro hujus nomine aliud forsitan monasterii alterius hic legendum Adi Comment. præv. num. 145.

g Vide, quæ de Arduennensi sylva seu pago in Annotatis, cap. proxime prægresso subjectis, ad lit. c dicta sunt.

h Oppidum modo est, quod aliis Bastonacum dicitur, in ducatu Luxemburgensi situm leucisque octo Luxemburgo remotum.

i Idem, ut apparet, miraculum etiam narratur a Translationis Sanctorum nostrorum scriptore anonymo, mox hic iterum ad lit. d laudato.

k Nullum nominis hujus locum in Arduennensi sylva seu pago invenio; verum, qui ita hic nominatur, Bastoniam inter et Malmundarium situm fuisse, ex itinere, quod, qui sacra Sanctorum nostrorum pignora transferebant, verosimillime tenuerint, nemo non colliget.

C l Locus est in Tungrorum finibus, non procul a monasterio Stabulensi, a flumine Amblava nomen habens. Ita ad vocabulum Amblava in Notitia Galliarum Valesius, qui deinde, nonnullis primum interpositis, ibidem subjungit: Notgerus in Vita S. Remacliad Warchinam rivulum in Arduenna Malmundarium ponit in parœcia Agrippinensi: Stabulaus autem monasterium trans Callam rivulum, Ubiorum et Tungrorum terminum, ad Amblavam fluvium in diocesi Trajectensi seu Tungricana. Alterum Stavelo, alterum Malmedy appellant.

m Nec usquam etiam nominis hujus locum in Arduennensi sylva notatum invenio; haud procul tamen, qui hic memoratur, a Malmundario situm fuisse, e rerum hic narratarum ordine concludendum apparet.

Mons est monasterio contiguus, quem appellant Bertuli sedem, quia isdem vir, prima inibi figens tabernacula, ex nomine suo loco indiderit nomen. Die itaque introductionis martyrum in laudibus divinis exultanter impleta, cum jam sol Oceano rubros tingebat amictus, populus, qui e diverso convenerat, tardius redibat ad propria. Quidam autem, per montis prælibati transeuntes supercilia, viderunt a longe, ubi die eadem fratres fessi feretrum deposuerant, tanquam in ostensione trium Sanctorum tria luminaria, et ne semel visa res difficulter accommodaret fidem, trina per tres noctes contemplatio non incertam ad credendum contulit facultatem. Ubi ob honorem Sanctorum, ob memoriam futurorum crux excelsa porrecta est, quæ per successionem temporum vetustate soluta, semperque a fidelibus innovata hujus rei hactenus attestationem præbet b.

28 Subjacet præfixo monti pratium spatiosum, multorum serviens Dominio, multa sæni participatione Dominos suos ditans in tempore suo. Hic puella, cæteris ad diem festum propestantibus, seu timore conductoris sui seu glorificatione Dei et martyrum sola instabat laboribus manuum, quodque congregaverat furca, fœnum erigebat in cumulum. Sed non impune tulit, quod ausu temeritatis præsumpsit; ut enim ad posteritatis exemplum vindicaretur in illam, quæ jam palmis inhæserat, nequivit deponere furcam. Vim facit ipsa sibi toto conamine solvi contendens, verum aderat vis quædam interna internis eam nexibus astringens. F Hærebat itaque stupens, ei ob hoc, quod contigerat, stupebat hærens. Præterea clamoris indicabat magnitudine, quanta in manibus afficebatur passione. Cujus voce exterriti, qui undique confluebant festivitatis c, accurrunt non sine admiratione, tanquam in extasi positam blanda relevant consolatione, utque martyrum sistant juvamine, secum festinant adducere. Antequam itineris peragant medium, puella salutem recepit manuum, relicta forma in necessitate positus, nunquam diffidere de adjutorio divinitatis.

29 Dæmonis pessima infestatione mulier torquebatur Widrada nomine, sed spe curandi ad nostrum perducta monasterium d, velox a Deo per beatos Martyres consequuta est remedium. Nexibus quippe validis astricta eorum auxilio, obseratis ecclesiæ foribus, deseritur, rursumque nobis, quidageret, scire cupientibus, possessore suo vacuata, sibi que restituta reperitur. Hujus etiam soror, Theduidis vocabulo, sensum perdidit, ad eorum memoriam errando pervenit, quæ statim sui compos effecta est, ut quoad vixit tempore, incolumis permaneret.

Visio, ubi, qui Sanctos transferant, quieverant, offeruntur;

E

b
mulier panna,
divinitus sibi
inflata,

c

altera dæmonis
infestatione hujusque soror
insaniu liberantur:
d

A. ANONYMO.
miserandum in
modum con-
tractus,

30 Fuit quidam Wimboleus adeo contrac-
tione corporea invalidus, ut plantæ ejus adhæ-
renter natibus. Hunc in visione nocturna qui-
dam affatus est in hæc verba: Si tuæ est volun-
tatis munere potiri erectionis, Ardennæ ingre-
dere saltum, petens tibi ostendi Malmundarii
monasterium, ubi Sancti recenter translati dia-
tim coruscant virtute miraculorum. Evigilavit
homo agensque Deo gratias super sibi ostenso,
quam valuit oculus paruit mandato. Solemnis
aderat lætitia Deicolæ universitati ex glo-
riosa passione beati Petri apostoli, quando ille
externis advectus humeris martyrum se poscit
inferri præsiidis, ubi sub nocte pro scire et posse
orationi procumbens, remque sibi necessa-
riam ex Deo per ipsos opperiens, dum matuti-
nos vigiles insistimus Ymnos, nodis resolutis
membrorum, clamores immensos dedit ad cæ-
lum, quibus præsentis exterriti, sed ex con-
cessa ei incolumitate gavisi, quanta possunt
exultationis voce instant Laudationi divinæ. Is
vero, qui sui promeruit curationem, abeundi
suaque repetendi sibi ulterius interdixit volun-
tatem. Tanto amoris desiderio Sanctorum astric-
tus dilectioni, ut eorum et eis famulantium se
deinceps tradiderit servituti e.

e
caeca itidem et
cura

31 Natalis beati Joannis Baptistæ a fidelibus
fideliter excolitur devotione, et secundum promi-
sum divinitatis per Angelum multi in ejus gau-
dent nativitate. Unde fit, ut singulorum anno-
rum revolutione exultanter ad ipsius curratur
memoriam, ut, quia ille clamaverat, peniten-
tiam agite, peccatorum obtineatur indulgentia
per bonæ operationis instantiam. Hujusce con-
suetudinis benevolentia huc promiscuæ multitu-
dinis confluerat numerositas in tantum, ut
præter populum nil aliud videas per compita,
perque plateas. Intererat huic tripudio mulier,
suorum advecta studio, quæ toto membrorum
deformis curvamine, utroque etiam oculorum
carebat lumine. Fratrum quidam, Hugo nomine,
sancto de more recolens mysteria vitæ, sancto
astabat altari, cui non minima inest portio
dominici ligni. Mulier, a suis projecta, præ ip-
sis gradibus sacerdoti astabat propius. Jam se-
creta dicebantur secretius et plebs circumstans
Domino se mactabat in precibus, cum repente
illa claris exclamat vocibus: En video, video,
si laus et gloria Christo.

C
incolumitatem

32 Fit multiplex murmur in astantibus ex
lætitia tanti proventus, tandiu perseverans sup-
pressa voce, dum terminarentur Officia Missæ.
Tum vero omnes prorumpunt ad divinas laudes,
super facto ejusmodi obstupescens Divinitatem
in communi exorant precamine, ut virtus,
ostensa in restauratione luminis, ostendatur in
reparatione reliqui corporis. Nec defuit humi-
lium supplicamini, qui se timentium semper
adest voluntati. Nam sub oculis omnium, qui
aderant, compages refluxum subito rapit arida
succum; officia et rigidi remeant in pristina
nervi, atque interdictum repetunt vestigia flu-
xum. Mulier surrexit incolumis, argenteumque
monile, collo suo pendens, altari pro munere
imposuit gaudens. Credo, si tot auri adfuissent
pondera, quot arboribus insunt folia, Deo Sancti-
sque libens contulisset universa f. Ea res
tantum processit in admiratione, quanta po-
puli multiplicitas in ejus rei affuit opera-
tione g.

33 In nova villa, quæ nostræ subjacet diti-
oni, Ada nomine mulier a spiritu nequam

vexabatur nequiter adeo, ut, deposita molli-
tie muliebri, vix robustæ virorum cederet mul-
titudini; sed re vera alienis nitebatur viribus,
cui virilis nequibat obsistere virtus. Hæc salutis
recuperandæ gratia, amicis ducibus, nonnulla
Sanctorum perlustravit loca, sed, nequicquam
Sanctorum suffragiis imploratis, adducitur cu-
randa Dominis et Patronis nostris. Quod gestum
cælitus animadvertendum est, ut, quibus an-
cillabatur prius in sospitate, per eos eriperetur
ab infirmitatis necessitate. Aliquot ergo
diebus elapsis, durabat in expectatione suæ libe-
rationis, et, quia salvatione donatur perseverantia
usque in finem, postmodum Sanctorum
obtentu in sese divinam experta est miseratio-
nem. Septima lux late lato fulgebatur in orbe,
nobisque divinis Missarum Officiis communiter
inservientibus, illa singulariter horrendis agi-
tabatur clamoribus, sed repente, divinitus com-
presso furore maligni spiritus, mutata in me-
lius daemone caruit, mentem sensumque recepit
h. Diem illum eo, quo privata fuerat, E
peragi libuit in silentio; verum Dominica succe-
dens rei gestæ fuit testificatio, dum cleri plebis-
que in unum convenientis frequentia salvatori
omnium Domino jubilavit in lætitia.

energume-
naque, demon-
expulso, sen-
sum ac men-
tem consequi-
tur;

34 Exigentibus hominum insolentis, terro-
res Dominus incutebat superventura gentili-
tatis, utque primum fama mali tanti intra fines
Galliarum cepit audiri, obviandum fuit non
exteriori armorum protectione, verum jejuni-
salutari cum oratione. Per id tempestatis ponti-
ficales administrabat infulas in Coloniensium
urbe Hermannus, vir severæ industriæ i, qui
tam diræ auditionis percussus metu per omnes
parochias, suæ ditioni subjectas, rem geri fecit
dignam relatu, triduanam videlicet abstinen-
tiam ab omnibus observari, si forsitan pro istius-
modi plaga cessanda, Dei omnipotentia posset
placari. Hic in morem Ninivitarum omnis ætas
assumpsit lamentum, pallet omnis juvenus,
virginumque immutatur color optimus, pro
gemma et serico matrona glaucos induit amictus,
nullus bibendi, nemo vescendi memor.
Quodque contriti et humiliati cordis conceperat
afflictio interni doloris, externus exprimebat
mœror. Audiverant enim simile quondam in has
regiones detrimentum postque populationes et
incendia civitatum, post iniquas neces plurimo-
rum plures abductos Christicolarum.

Puella, oc-
castro, qua
hic

35 Unde in commune fuit consilii, divini-
tatem adire super negotio hujusmodi; quia ergo
abbatia nostra ad ejus diocesim pertinet,
studuimus et nos idem agere, quantum valui-
mus, Deo largiente. Tertia constituti jejunii
aderat dies, et ad missarum solemniam unanimi
voto ruerat promiscua plebs, ipsas etiam por-
tibus tanta replens multitudine, ut nimirum
intelligas, eam non posse capi intra septa ec-
clesiæ. Jam recitabatur series Evangelicæ le-
ctionis, cum puella quædam inter confertissi-
mas turbas oppressa in soporem solvitur mortis.
Quæ statim foras elata, sepulturæ post modicum
erat tradenda. Tunc unus circumstantium, pru-
dentio rem, imo fidentio rem habens animum,
non ita, inquit, fratres, non ita est agendum,
non omnis assumpta salus. Certe ubi nulla pu-
tatur, advehet optatum levamen omnipotens
Dominus. Sancti isti, ad quorum tumbam con-
sistimus, maximis in dies magni habentur virtu-
tibus. Quamobrem, si placet, si non diffidere
mens est, eorum relinquantur juvaminibus.

reponitur, op-
pressa et mor-
tua,

A 39 Dixerat, dictorum spei cæteris assentientibus, propter mortua corpora mortuum relinquitur corpus, sed non æque mortua dixerim, per quæ superatur mors, redeunte Vita. Non, inquam, æque mortua dixerim, per quæ id, quod erat hominibus ad optandum difficile, ex præsentia Dei factum esse palam hominibus perfacile. Nam post tempus jejunii, sumpto cibo pastisque visceribus, reversi puellam vitali luce donatam reperimus. Percunctantibus, ubi vel quomodo fuerit, Educta, inquit, de corpore a duobus miræ pulchritudinis traducta sum in locum amœnitatis, donec quidam ordine clericus, specie decorus, corpore procerus, Quirinum se nominans, inde me abstulit, et ad hujus exilii tenebras semitas reduxit *k*. Hujus rei tot sunt astipulatores, quot sunt in circuitu nostri commorantes.

celesti, qui Sanctorum reliquias custodiunt,

37 Nec illud prætereundum est silentio, quod in nostro quondam apparuit monasterio. Fratrum quidam, Hermeradus nomine, felicis vitæ suffultus religione, Sanctorum custodiam susceperat, et, quia grandevo erat situ B consumptus, juniorem, vocabulo Nevelonem, ad sui sustentamen acceperat. Ambo ergo in eodem oratorio quiescentes, ambo cælestis harmoniæ meruerunt fieri auditores. Is, qui senio eminebat, duabus noctibus in lecto recubans et psalmis pervigil instans, audivit in choro fratrum tanquam voces infantium psallentium Deoque confitentium, quamvis penitus ne unum quidem intellectu caperet verbum. Tertia vero nocte is, qui junioris videbatur ætatis, dum similiter vigilans instaret orationibus, audivit easdem cælestis voces exercitus. Æstimans ergo, fratres ad psallendum jam surrexisse, silentio vocans magistrum. Estne, ait, tempus significandæ nocturnalis horæ, quia audio fratres in choro psallere? At ille, Non, inquit, sed membra compone ad quiescendum, et, gallo canente, hora erit vocandi fratres ad psallendum. Hæ enim voces, quas auditu percipis, jam duabus anteactis noctibus insonuerunt auribus meis, quas non hominum in carne viventium, sed sanctorum noveris esse Angelorum.

harmonia recerantur: progredientia

ambientia

alio

m

38 Aliquot dein transierant horarum curricula, cum inde progredientes * eadem Beatorum agmina ecclesiam subiere monasterio quam proximam, beati Laurentii Sanctorumque multorum nominibus consecratam, martyrisque Agilulfi, eatenus inibi quiescentis, ambientes * tumbam hanc imponere antiphonam: « Qui » posuit animam tuam ad vitam ». Ibi que matutinis pro fidelium animabus decantatis, visio illa cælestis a conspectibus evanuit humanis. De præscripto beate memoriæ viro multa suppetere, quæ dici laudabiliter possent, sed, quia nobis ablatum, alias * est translatus *l*, reticere exinde melius putavimus. Tamen ne reputetur ignaviæ, Deum in Sanctis suis mirabilem non glorificare, ne arguamur invidentiæ Sanctos per Deum gloriosos non magui facere, quis quantusque vir fuerit iste perpaucis libuit explicare. Nobili stirpe editus Anglino loci hujus abbati *m* a parentibus est traditus sub institutione monachi regulariter informandus. Qui patris spiritualis mores et vitam spiritualiter imitatus, ejusdem ex voluntate Dei successor est factus, dein sedi Coloniensium antistes datus abbas etiam non deposuit onus, donec utrumque strenuissime gubernando propter fi-

dem regni apud Amblavam *n* coronatus est A. Anonymo. martyrio *o*, atque apud nos, ubi abbatis nomine præfuerat et opere, usque dum Deus voluit, locum habuit sepulturæ. Sufficiant ista de illo scire cupientibus, hinc cæptus reflectatur nostræ orationis cursus.

39 Passionis Martyrum post aliquot annos *agri ariditate longiori* jocunda satis infulsit dies, in qua vespertinis laudibus astantes mirabilis visionis Deus effecit participes; nam ad caput ipsorum trinæ Sanctorum societatis tres apparuerunt stellæ, adeo radiantes divinitus, ut, quotquot in ecclesia ardebant candelæ, earum obfuscarentur reverberatione. Quod factum in magna populi multitudine, quia latere non potuit, divulgatum est ubique. Clauso refrænatis imbribus cælo, terræ ariditas famem futuram nuntiabat mundo, id hominum insolentia promerente ex multimoda peccati augmentatione. Hinc satis digna ultione actum est, ut, incrementibus iniquitatum lollis, res necessariae decrescerent usibus humanis. Sed quia Deus in se peccantibus miseretur, ni diffidant; in se peccantes non aspernatur, si respiscant; pollicetur enim: E « Convertimini ad me et ego revertar ad vos: » tandem suspendit icum terror exorabilis, tandem ad salutarem portum appulsi sumus post fluctuamina dubiæ navigationis.

40 Assumptis enim ex communi consultu *exsiccati pluvis irrigantur* martyrum corporibus, ternis dierum processibus abbatiæ nostræ villas proximas perlustravimus, immutatione habitus exterioris offensam cohibentes occultæ animadversionis. Cerneret clerum cum populo mœrorem induere pro gaudio, in spiritu humilitatis aures pulsare divinitatis. Mollita his et talibus censura jugis indulgentiæ dextram exarmat, iramque reflectit in opus misericordiæ. Tertia illuxerat dies plena jocunditatis, in qua mortalibus copia profudit benedictionis. In redeundo enim portamque oratorii subeundo pluviarum subsecuta est magnitudo, adeo inundatione sua irrigans terrarum faciem, ut postridie vim suam recolligeret herba, quæ jam redacta videbatur in pulverem, tantum fecunditatis conferens herbis et frugibus, ut is, qui jam desperabatur ab omnibus, ore omnium plenus appellaretur annus.

nimisque aliarum harum copia

41 Sicut ex siccitate nimia solet provenire inopia panis, ita per inundantiam pluviarum sæpe labor hominum deperit, dum rucolæ spebus suis frustrati, quod hiems acceperat ad nutriendum, quodque æstas receperat ad metendum, per intemperiem aëris reverti dolent ad interitum. Hujusmodi exitiale periculum extorsisset aliquando iniquitas sua in genus humanum, ni respectus ad parcendum semper paratæ divinitatis a peccatoribus per Sanctos iram suæ averteret indignationis. A Calendis enim Augusti mensis usque ad duodecimum diem Septembris in tantum fuderat assiduas celestis aquarius undas, et prius ad messem confortatæ fruges, post ad nihilum redactæ per aquarum inundationes, curvas nequiquam ad colligendum reciperent falces; dumque irremediabiliter omnes pene quassaret procella, speciatim tamen agros eorum, qui Amblavam inhabitabant villam, gravior quam ceterorum vastaret tempestas, compulsi extremis malis incolæ Dei Sanctorumque auxiliamen communi expetunt deliberatione.

42 Eam quam præfati sumus diem templi *liberantur;* nostri dedicatio exhibet celebrem, ad quam ille populus

A. ANONYMO. populus et reverentia festi et temporis necessitudine conveniens, perque lugubres habitus, quid haberet animi, ostendens, beatos martyres precatur efferi, oratorum * cum eis lustrando rogaturus Dominum super plaga imminente. Quod ut impetratum est, repente tanta inclaruit cœli serenitas, tantaque insecuta est aëris commoditas, ut quæ jam transisse videbatur, tunc primum inchoari putaretur æstas. Cerneret paulatim segetes ad vim remeare priorem, quasque infusiones aquarum corruperant, paulatim reparari ad maturitatem. Quid multa? Nec cœlum dedit pluviam, nec ros abundans defuit super terram, donec successibus collecta secundis frumenta conderentur in horreis; super quo, si quis tardus existit ad credendum, ad præscripti populi recurrat testimonium; qui accepti beneficii non immemor diem se observaturum tantæ solennitatis et ad hanc per singulos annos venturum promisit cum muneribus suis, atque hactenus in promissione sua permanet fidelis p.

p
rusticus, quod operi servili tempore illicito
q
43 Solemnitas apostolorum Principis, quæ titulatur ad vincula, magnæ devotionis in suo tempore confert gaudia, sed quia plerumque a quibusdam observatur negligentius, fit ob hoc plerumque, ut quibusdam vindicta inferatur divinitus. Et ut res pateat proposita, res adducenda est in medium vulgata fidei attestazione multorum. Apud Ledernacum q existit rusticus vocabulo Gerbertus, qui contemptor Dei et hominum pro nihil ducebat, si quod ex Deo per sacerdotem accepisset mandatum. Nam, facto signo a sacerdote, quo solent resolvi artifices ab opere, is, qui cor incrassatum habebat ad bene operandum, instanter operam dabat ad malefaciendum. Ergo prælibatæ solennitatis adveniente jam vespere, idem vir male sanus arrepta falce messoria ingressus est contiguam domui suæ pratium, ut vitulis suis fasciculum colligeret herbarum; quamobrem districte quidem, sed misericorditer corripitur meruit, ut sciret, si quid divina potentia possit, ut adverteret, cujus sit virtutis et potentiae, quem Deus universorum pastorem universali fidelium constituit Ecclesiæ.

C
vacet, divinitus punitus,
44 Nam in prima herbarum collectione non dextera falcem, non sinistra herbas valui deponere, sed per reliquum diei noctisque succedentis tempus difficiles in utraque patiebatur cruciatus. Nam videbatur sibi, ut quot palmis inerant digiti, tot ferrei palmis infingerentur aculei. Quin etiam, si quis utrumque ab utraque manu tentabat divellere, ampliori miser homo afficiebatur passione, ut sine dubio intelligeret divina se teneri virtute. Quid multa? Tanto aretatus dispendio tantaque necessitudine compulsus consilio amicorum et adjutorio ad nostrum est monasterium perductus. Cujus valvas ut attingit, attingensque oscula libavit, repente quod utrisque tenebatur manibus tanquam nil incommodi passis abiecit. Quisquis dubius in fide incredulitatis adhuc gravaris mole, disce in sancto opere, quia prope est dominus omnibus, qui invocant eum in veritate. Quia enim vir iste nihil hæsitans in fide postulavit, quia non duplici corde, sed in veritate quæsit Dominum, antequam domum subiret orationis, potitus est effectu suæ postulationis. Idem introgressus grates Deo, Sanctisque pro salute percepta reddidit, Domumque revertens exemplum corptionis reli-

quit posteris, sicque aliena salus aliis fit causa D salutis.

45 Quidquid a Sanctis seu per Sanctos agitur divinæ virentis * gratiæ ascribitur. Unde non debet quisquam sat cunctari Sanctorum operationes, quibus valet verbis, effari; sicut enim diversi meriti sunt homines, ita diverse sunt in hominibus infirmitatum passiones. Et nos, qui Sanctorum actus enarrare cœpimus, qui diversos in hominibus modos infirmitatum notare habemus, post relata referendis voluntarie animum applicamus. Mulieris manus dextera, nervis marcentibus, digitis torpentibus, in palmam erat recurva, crescentesque nimis nimis progressibus ungues, quia carnem subierant, nimis misere addebant dolores. Quot enim manus habebat digitos, tot manum perforare videres ungularum aculeos. Gravis adeo dolor et passio, sed spes inerat ei per Sanctos recuperandi salutem a Domino. Stans ergo inter missarum solemnia devota Deo fundebat supplicamina, cum subito ab immani erepta discrimine, amissa recepit officium dextere, quæ in flexibilem usum miro revocata est ordine r. Hinc, si quas egit gratiarum actiones, silendo lector advertere potes.

46 Sæpe videmus Sanctorum dierum observatores proficere in melius, Sanctos dies non curantes deficere in pejus, velut exemplo sequenti facile valebit agnosci. Quidam eorum, quos Coridones s appellant, flocci pendens præsentis diei observantiam, fenem plastro impositum ducere volebat domum, sed temerariam ejus præsumptionem virtus divina non tulit, igneque calidus emissio plastrum pariter cum feno cremavit. Ille gavisus, quia vivens evasit, unum ex bobus, quem sancto Quirino in tanto positus periculo pro residuis sibi reservatis devoverat, de tanto liberatus periculo fideliter concessit, ex sui eventu præsentibus et futuris præbens exemplum, quia Dominus peccantem non statim judicat, sed ad pœnitentiam miseratus exspectat.

47 Inter plures, quos patriam egredi compulerat orationum gratia, mulier aderat ex oppido Nivalensi t, ecclesiæ nostræ ancilla, quæ quia remota videbatur a finibus nostris, censum sui capitis non solverat per multum temporis. Unius ergo persolvens multorum annorum retinuit censum ad perniciem sui, ad gloriam Dei, ad correptionem hominum, ad clarificationem Sanctorum. Expletis ergo pro quibus venerat, revertebatur per eam, quæ dicitur Francorum semita, habens hactenus sanctæ Crucis signum ad virtutis ibi patratae testimonium. In comitatu ejus erant viri et feminae, qui testes existerent ad suos, quanta Deus operatur per Sanctos.

48 Ut ergo montis apicem ascendit, horrore nimio stupefacta contremuit, soloque pede adhærente, immobilis perstitit. Estimabant eam comites offensionem pedis incurrisse; verum illa tenebatur alia virtute. Accurrunt undique, eamque tentant sublevare, sed non datur copia, vel mutare locum, vel quoquam flectere gressum. Tandem ad se reversa, ad Sanctos tota est mente conversa, studens orationibus facere placatos, quos propter infidelitatem sui patiebatur iratos. Pollicetur emendationem sui reatus per restaurationem ablati census. Nec fuit apud eos diffidence oranti veniam

mulier, digitos habens recurvos, * forte virtutis

vir, S. Quirinum in magno periculo invocans,

mulierque altera, censum non soluta, Sanctis injuria

hincque punita, hocce sibi experiantur propriis.

A niam impendere et Resoluta ergo pedis vinculo admirationem auxit in populo : ad nos rediit cum tripudio, gratias retulit pro recepto gressus officia. Deinceps domum regressa fidelis permansit in promissione sua x.

ANNOTATA.

- a Malmundarii non tantum SS. Quirinus, Nigasius et Scubiculus, sed et S. Agilolfus pluresque alii Sancti, in Notitia Malmundariensi, Comment. præv. num. 119 huc transcripta, memorati ac nominati S. Petrus Apostolus, cujus solius nomine, S. Quirini reliquiis nondum eo delatis, insignita era præcipua, quæ ibidem exstat, ecclesia, pro patronis habentur; etsi autem vel horum omnium, vel solius S. Quirini vel denique hujus simul et SS. Nigasii et Scubiculi patrocinio pleraque e miraculis, quæ Malmundarii, translatis eo horum sacris lipsanis, evenisse, Malmundariensis anonymus refert, fuerint patrata
- B sicutque adeo omnia, utpote in quibus saltem partem Sancti nostri habuerint, in capite, titulo huic subjecto, memoranda, sunt tamen etiam ex iisdem nonnulla, quæ solius S. Petri ope facta narrantur, hæcque, utpote ad Sanctos nostros nullo modo spectantia, brevitatis causâ, lectore dumtaxat, id a me fieri, admonto, omitam.
- b Hinc liquet, hæc haud modico temporis spatium post rem gestam esse conscripta.
- c Hic, ni fallar, designatur dies, quo SS. Quirini, Nigasii et Scubiculi reliquæ in ecclesiam Malmundariensem fuerunt illatæ.
- d Hic iterum auctor monachum Malmundariensem se prodit idemque adhuc pluries infra facit, quod hic monuisse sufficiat.
- e Is itaque e propria voluntate Sanctorum Quirini, Nigasii et Scubiculi, seu potius Malmundariensis, ad quod sacra horum lipsana recenter erant translata, monasterii servitio sese addidit, itaque juris seu e Sanctorum istorum pro more tunc usitato familia est factus. Ad, quæ Operis nostri tom. 1 Octobris pag. 300 in S. Bavonis miracula ad lit. c sunt notata.
- C f Hoc miraculum Malmundariensis anonymus in S. Agilolfi, quam postea, uti apud nos in Commentario, Sancti hujus Actis prævio, num. 29 fas est videre, conscripsit, Passionem intulit, paucis dumtaxat, quibus, quod hic omnibus, ut apparet, Malmundariensium Patronis tribuitur, soli S. Agilolfo adscriberetur, partim additis, partim mutatis verbis, uti quisque deprehendet, qui, quæ in dicta Passione num. 30 et seq. leguntur, cum verbis, quibus miraculum illud hic narratur, contulerit.
- g Subditur modo miraculum, in energumeno patratum, quod hic, utpote soli S. Petro ab auctore adscriptum, omitto.
- h Hoc miraculum non solis SS. Quirino, Nigasio et Scubiculo, sed omnibus Malmundariensium Patronis est adscribendum, uti ex ipsismet, quibus narratur, verbis fas est colligere.
- i Haud alium certe, quam Hermannum, hujus nominis tertium, qui ob anno 1089 us-

que ad annum 1099 sedem Coloniensem occupavit, Malmundariensis noster anonymus, uti apud nos in Commentario, Actis S. Agilolfi prævio, num. 30 fas est videre, hic intelligit, hincque simul et ex eo, quod, uti hic subdit, mortuæ puellæ, ad vitam tunc revocata, adfuerit, vixisse eum sub sec. xi finem, consequitur.

k Miraculum isthoc, quod, ut verba, quibus refertur, exigere videntur, omnibus Malmundariensium Patronis ac potissimum S. Quirino adscribendum, diversum, ut apparet, non est a puellæ resuscitata miraculo, quod in Sanctorum nostrorum Vila cap. 71 refert Davanneus, etsi interim in hoc, non S. Quirino, sed S. Nigasio præcipuas partes attribuat.

l S. Agilolfi corpus, quod Malmundarii fuerat sepultum, inde ab Annone, Coloniensi episcopo, anno 1075 vita functo, Coloniæ Agrippinam fuit translatum, uti in sæpius jam laudato Comment., ejusdem S. Agilolfi Actis prævio, num. 20 docuimus.

m Malmundariensi et Stabulensi huic abbati, qui anno 727 fuisse Stabuleto præfectus a Dionysio Sammarthano Gallie Christ. auctæ tom. 3, col. 941 ex Cointio traditur, Chilpericus rex anno 742 multas prærogativas concessisse narratur. Fisenum in Paralipomenis Florum ecclesiæ Leodiensis part. 2, pag. 605 Operisque nostri tom. 2 Julii in Commentario S. Agilolfi Actis prævio num. 17 et seq. videsis.

n Vide, quæ in caput proxime prægressum ad lit. l de hoc loco sunt notata.

o Anno circiter 770, uti in Comment. mox iterum cit. docuimus.

p Ex iis, quæ in duobus postremo hic narratis miraculis dicuntur, insigni plane cultu Malmundarii gaudere aut certe olim fuisse garisios Sanctos nostros, nemo non facile eruet.

q Nominis hujus locum in Tabulis Geographicis haud invenio; sed, qui hic nominatur, situs indubie fuerit Malmundario non procul.

r Hoc miraculum, omnibus, ut apparet, Malmundariensium Patronis adscribendum, Malmundariensis noster anonymus, ad S. Agilolfum, iis dumtaxat, quæ, ut huic soli conveniret, mutari fuit necesse, mutatis, in sancti illius Coloniensium antistitis Passione num. 16, non secus ac aliud, de quo jam ad lit. f, transtulit.

s Vocabuli hujus significationem nusquam invenio, nec de hac, conjecturis insertis adductis, divinare lubet.

t Hoc Brabantie oppidum communius Nivigella, vulgo Nivelles, vocatur, Bruxellisque quinque et Namurco octo leucis distat.

u Mulier, cui, quod hic narratur, obvenit, ecclesiæ Malmundariensis seu Malmundariensium, qui in hac coluntur, Patronorum servitio fuerit addicta eo sensu, qui Operis nostri tom. 1 Octobris pag. 300 in Annotatis, quæ S. Bavonis miraculis subduntur, ad lit. c exponitur.

x Lucubrationem suam anonymus noster hic terminat narratione admodum proluxa, quæ, cum ad solum S. Petrum spectet, hæc a nobis transcribenda non est.

A. ANONIMO.

DE